

CONCOR

DANTIAE BREVIORES, OMNI
um ferme materiarum ex sacris Bibliorum lis
bris, non solum diuinī verbi concionatōribus,
verū etiam studiōsī omnībus summiōpe

utiles ac necessariæ. Per V. P. A.

thorium à Konygsteyn,

Minoritam.

Ab authore iam postremū recognitæ
& locupletatæ.



AB



ANNO MDCCLXVII DE FLORENCE.

CONCOR

DANTIAE BREVIORES, OMNI
um ferme materiarum ex sacris Bibliorum lis
bris, non solum diuinī verbī concionatoribus,
verum etiam studiosis omnibus summope

utiles ac necessarie. Per V. P. A.

thorium à Konygsteyn,
Minoritam.

Ab authore iam postremum recognitæ
& locupletata.



An:



*3. MELLONI LIBRARIES ACQUISITIONIS EX PROPOSITORIUM CIVITATIS
BIBLIOTHECA LIBRARI ALIENI FUSI DILICET ECCESTIS.*

INCLYTO

SIMVL ET GENEROSO CO-

miti, Ludouico à S. oelberg & Vuer,

nigerode, &c. Frater Anthoni-

us Konygsteyn Minorita,

S. P. D.



Oalent veræ cultores pietatis, il
lustris ac generose Comes, cū
quid ocij nacti fuerint, studijs
animum ne inertia torpeat, oc
cupare diuinis, solatio sanctos
habendo libros. In his quidem velutī terissi
mis clarissimisq; speculis, quicquid verē pie
tatis, honestatis perfectionisve est, conspi
cere licet, quo ad omnem vterq; homo mo
rum componatur normam. Omnis scriptu
ra (ingt Apostolus) diuinitus inspirata, vt
lis est ad docendum, ad arguendum, ad cor
ripiendum, ad erudiendum in iustitia, vt p
fectus sit homo dei, ad omne opus bonū in
structus. Hæc sola perfecte ostendit, quibus
amissa dei reparatur cōseruaturq; amicitia,
quibus armis, diabolī, mundi, & carnis de
bellatur malitia, induens nos armaturā dei,
1. Mach.
2. Tim.
a ij vt

EPISTOLA

ut possimus resistere in die malo , habentes
 phe. 6. scutum fidei,& galeam spem salutis, ac gla-
 dium spiritus, quod est verbum dei. Hæc vi-
 am demonstrat ad vitam, cuius via, viae pul-
 chrae, & omnes semitæ pacificæ . Pacificum
 Prover. 3 equidem ad proximum monstrat con-
 uictum, victoriosum quoqu(si bene spectes)
 non tam armis quam prudentia parandum
 ecclœ. 9. de hoste triumphum. Melior est enim sapi-
 entia, quā arma bellica. Quid plura? Si deo
 deuotus, tibi & rei domesticæ proficuus, p-
 ximo esse cupis accommodus, methodū ad
 hæc ipsa pio prudentiæ lustrata oculo ape-
 rit. Non enim sinistra ac peruersa intentio
 luscus, terrena carnalive cupiditate, quæ dei
 salutis & pacis sunt, gustare aut p̄cipere ob-
 tenebratus valet oculus. Animalis homo,
 inquit Apostolus, non percipit ea quæ sunt
 Cor. 2. spiritus dei, stultitia enim est illi & non po-
 test intelligere quia spiritualiter examinat.
 Spiritualis autem dijudicat omnia. Purissi-
 mi inde doctrinarum fluūt riuuli, fidelium
 pressos onere aduersitatum reficientes ani-
 mos. Quæcunqu enim scripta sunt, ad tuam
 doctrinam scripta sunt, ut per patientiam &
 consol.

NVNCVPATORIA.

consolationem scripturarum spem habeas
 Matt. 15.
 mus. Nequaquā dominus (cui cura est de
 omnibus) in hac miseriarum valle suos, ne
 deficiant in via, ieunios relinquunt, sed pane
 cibar vita & intellectus. Nō in solo pane vi-
 uit homo, ait salvator, sed in omni verbo qud
 Matth. 4.
 procedit de ore dei, potatqu aqua sapientie
 Matth. 15.
 salutaris . His anima refecta deliths mundi
 spernit gloriam, diaboli ridet sauitiam, car-
 nis supplantat concupiscentiam, supernam
 anhelo indefessoqu spiritu suspirat ad patri-
 am, quæ sursum sunt non quæ super terram
 quærent, vbi Christus est in dextera dei se-
 Coloss. 3.
 dens. Has fastidiens reiçensqu delicias sto-
 machus, certum mortis habet indicium. Qui Iohan. 8.
 enim ex deo est, verba dei audit. Propterea
 vos non auditis, quia ex deo non estis. Has
 non superficienus te gustasse, nec à limini-
 bus tuatum salutasse, sed toto nisu plustrasse.
 (Nam ab infantia sacras literas didicisti) nō
 ignorans, hilari animo huc meum qualem
 cunqu, & si tuaz celstudini imparem, dedica-
 re tibi laborem haud dubitarim . Non enim
 ingratum, generoso, sacrificqu affectum lite-
 ris, esse pot animo, quod pio ac humili, ma-

EPIST. NVNCVP.

xime è sacris Biblioꝝ librís, in genuino (nō adulterino) sensu collectum, necnon ad certos quo facilius inuentu, articulos redactū, offertur affectu. Studui quidem (vt verum fatear) mihi ipſi sub silentio consulere, sed superioris constrictus mādato, coactus sum, etli imparatus, quæ è scripturis congesu sacrīs, in lucem ædere. Videns ergo non nihil laboris, in quærendis accidere sententijs, multisq; ad profectum conducere si ad plenum complerentur, rogatus necnō precibus plurimorū compulsus, rursus, & filaboriosum, aggressus sum opus, plenas ac perfectas posnens sententias, vt sine recursu (figuris. i. Historijs summatis) integer habeatur, in proprio & literali sensu, intellectus. Volui igit, hanc meam lucubrationculam diuinarū studioso literarū, qualem te Comes illustris, nō ignoro, dedicare & ascribere. Rogo quapropter, pio (vt offertur) pectore, et si mea opera pauperculum, sententijs tamen ac scripturis opulentum à paupe fratre suscipe, tuta, ac fave munusculum, Deo vna cum digna te coniuge feliciter perhenniterq; recommenda. Brulis. An. M. D. XXX. Mense Iulio.

LECTORI NOTA TV
necessaria.



Olo te ignorare optie lector, quosdam sub alijs comprehendit titulos, nec singillatim posse, sed per appositionem tituli, & appensum numerum vbi inueniri debeant indicari. Exempli gratia: Fraus ponitur in titulo Diuitiae, sub numero. vi, quare sic in tabula collocatur: Fraus. Diuitiae. vi. Quando autem ponitur ista dictio, Vide, designat eiusdem tituli materiam, etiam sub titulo qui sequitur contineri. Sunt & authoritates nōnullis quadrantes articulis, quæ breuitatis causa ad titulum vbi ad longum ponuntur, sunt remissæ. Exempli causa: Sub titulo Accusatio, numero. ij. ponitur. Romanos. ij. c. Quum enim gentes. Lex. ij. hoc est sub titulo, Lex numero. ij. eadem ad integrum ponitur auctoritas. Habebis & candide Lector, si haec tibi non displicerint, succinctum epistola rum euangeliorumque è probatissimis & a iiii antiquis

INDEX TITVL.

antiquitate & Scientia doctoribus per anni circulum de tempore & de sanctis notatu digniora Paulinis in epistolis, necnon quatuor in evangelistis complectens, non minore congestum labore opusculum, ut pro sua & paruitate & utilitate non immerito Enchiridion Homiliatum nomen accipiat, non solum verbi diuini concionatoribus, sed & prijs lectoribus accommodum.

INDEX TITVLORVM

A.	Angelus
A bstinentia.	Antichristus
Acceptio perso	Apostolus
narum.	Apostata.
Acceptio munerum.	Arbor spiritualis.
Accidia, vide Ociun	Arma spiritualia.
Pigritia.	Ascensio Christi
Accusatio.	Astrologia.
Adoratio.	Avaritia, vide diuitie
Adulatio.	Auditus.
Adulterium	Auersio à deo.
Aduentus domini.	B.
Ambitio, Honor, xiii	B aptismus
Amicitia.	Beatitudo.

INDEX

Bellum.	Consolatio, Vide Mi sericordia, ij.
Benedictio.	Consuetudo
Blasphemia.	Cōtentio, Vide Rixa
Bonitas	Contumelia.
C	Conuercio ad deum.
C Alix	Cor Correctio.
Caput spiritale.	Corpus mysticum
Charitas	Creatura
Castitas	Credulitas
Cæcitas	Crux
Cibus.	D
Circuncisio.	D Amnum
Civitas	Decimatio
Clavis	Derisio
Cogitatio	Cognitio dei, vide Iu dicium, xi.
Cognitio hominis.	Desperatio
Concilium.	Detracatio
Concupiscentia	Deus
Confessio	Diabolus, Angel, xi
Confirmatio.	Dilectio dei.
Confusio	Dilectio proximi.
Conscientia	Dilectio inimicorum.
Confilium	Disciplina
	Discipulus Christi.
	Diuitie.

I N D E X

Divinatio.	Fraternitas.
Doctrina	Fraus, Diuitiae. vi.
Dolosus	Fructus operis.
Domus	Furtum.
Donum	G
E	
E Brietas	C Audium.
E Ecclesia	G Generatio
Eleemosyna	Gloria.
Euangelium	Gratia.
Eucharistia	Gula.
Excommunicatio	H
Exemplum, Vide	Aereditas
Lux. vi	Hæreticus.
Experientia	Homicidium
F Ama.	Homo.
F Familiaritas.	Honor.
F Generatio	Hospitalitas
Fermentum	Humilitas
Fides sive fidelitas	Hypocris.
Fides	I
Fideiussio	Dololatria.
Filius	Ieiunium
Fornicatio	Ignorantia
Fortitudo	Imago, Vide, Idololatria. xii.

I N D E X

Impius	Laus hominis
Induratio	Lex
Internalis peccata	Leprosus
Infirmitas	Liberum arbitrium.
Ingratitudo	Libertas,
Inimicus	Liber vita.
Inuidia.	Lingua.
Ira	Luctus
Iudicium temerarium.	Luxuria, Fornicatio
Iudicium diuinum	i. Vide etiam mus
Iudicium extreum	lier. viij.
Iudicium politicum.	Lux.
Iumentum	M Agister
Iuramentum.	Maledictio
Iusticia dei, Iudic. viij.	Malum
Iusticia pharisaica	Mansuetudo
Iusticia legalis.	Mater Christi
Iusticia euangelica.	Matrimonium
Iusticia humana sive	Mediator
politica.	Medicus
Lustus	Mendacium
L	
L Abor	Mercenarius.
L Lapis	Ministerium
Laus dei, Honor. ij.	Miraculum
	Misericordia.

I N D E X.

Mors	Odiū, Vide Inimicus
Mortuorum suscitatio.	Odor
Mulier	Operatio bona.
Mundus	Oratio, Vide Adoratio, & Honor. ij. Mediator. ij.
Munditia	Ornatus, Vide Mutilatio, Vide Fœneratio.
Murmuratio	Ouis spiritualis
Mutorum curatio	N.
Mutuatio, Vide Fœneratio.	P.
N atiuitas Chrl.	P atientia, Vide Disciplina, Persequutio.
Negatio Chrl.	
Negociatio	
Nominis dei frequenteratio.	Passio domini. Vide Mors. i.
Nouissimorum memoria.	Pastor, Vide Ouis, Prælatus
Nuncius.	Pater
O	Paupertas
Bedientia	Pax.
Oblatio Hoc. nro. iii.	Peccatum, Vide Mors. v.
Occisio hominis.	Penitentia
Ociūm.	Peregrinus
Oculus	Perfectio

I N D E X

Persequutio.	Pusillanimitas.
Persecuerantia	
Pignus	
Pigritia, Vide Accidia, Ociūm.	Q Værere deum R.
Piscatio	R Apina, Diuitiae ix.
Potētia dei. Iudicij. v.	Recidivatio.
Præceptum, Vide O.	Redemptio à peccatis bedientia.
Prædestinatio.	Regnum dei
Prædicatio Ioannis.	Regnum terrenum
Prædicatio Christi	Renunciatio
Prædicator, Vide Evangelium.	Resurrectio Christi.
Prælatus, Vide Pastor	Resurrectio generalis
Præparatio cordis	Rixa, Vide Contentio.
Primogenitus.	S
Promissio	S Abbatum
Propheta.	Sacerdos.
Prouidentia diuina, Vide Iudicium. viii.	Sal.
Prouidentia humana, Vide Sollicitudo	Salus
Puer	Sanctitas.
Punitio	Sapientia
	Scandalum
	Scriptura sacra
	Semen
	Senectus

I N D E X

Sepultura Christi	Timor
Sepultura humana	Tristitia
Seruitus	V
Seruus	Verbum dei, Vt
Simonia.	de Euang.
Simplicitas.	Veritas
Societas	Vidua
Solicinudo	Via dei.
Somnus.	Via virtuosa
Somnium	Via vitiosa.
Spes	Vigilia
Spiritus sanctus	Vindicta
Sterilitas.	Vinea domini,
Stultus	Vinum
Superbus.	Visio dei.
Susurro	Vita animæ
T	Vitis
T <small>Aciturnitas.</small>	Vnctio sacra.
T <small>Templum</small>	Vocatio dei
Tempus	Voluntas dei.
Tenebrae.	Voluptas.
Tentatio	Votum
Thesaurus.	Vsura.
Testamentum.	Z
Testis	Zelus.

fol. 5

CONCOR^{DA}

DANTIAE BREVIORES
certarum materiarum , diuini verbi con-
cionatoribus tam obuiæ atq; expositæ , ut
ad primos obtutus ex sacris biblia
cis libris certos locos ordine alpha-
betico digestos offendere que-
ant , quibuslibet thema-
tibus diducendis
aptos.



Bstinentia vitorum omnibus necessaria. Vnde Thobias filium suum docuit ab infancia timere deum & abstinere a peccatis. Tho. 1. b. Cū vero factus esset vir , accepit vxor Annam de tribu sua : genuitq; ex ea filium nomen suum imponens ei : quem ab infancia timere deum docuit & abstinere ab omni peccato. Ecc. 3. d. Sapiens cor & intelligibile abstinebit se a peccatis , & in operibus iustitiae successus habebit. 1. Cor. 9. d. Omnis enim qui in agone contendit , ab omnibus se abstinet : & illic quidem ut corruptibilem coronam accipient , nos autem incorruptam. 1. Thessa. 4. a. Hac est enim voluntas dei sanctificatio vestra , ut abstineatis vos a fornicatione : ut se et vniuersaliter vestrum vas suum possidere in sanctificatione , & honore , non in passione desiderij , sicut & gentes qua ignorant deum. 5. d. Ab omni specie mala abstineatis vos.

A

Abstinentia

II ¶ Abstinētia ciborum debet esse ordinatā. Nostra. a. Vir siue mulier cum fecerint votum vt sanctificētur, & se voluerint dñō consecrare: à vino & omni quod inebriare potest, abstinebunt. Helias pane subcinericio & aqua refectus per angelū, ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus vsq; ad montem dei Oreb, 3. Reg. 19. a. Et ecce angelus domini tetigit eum & dixit illi, Surge & comedē. Respexit & ecce ad caput suum subcinerius panis & vas aquæ. Comedit ergo & bibit. Ecc. 29. d. Initium vite hominis aqua & panis, & vestimentum, & domus protegens turpitudinem. De lohanne dicitur Matth. 3. a. Esca autem eius erat locusta & mel sylvestre. 11. b. Venit enim Iohannes neq; manducans neq; bibens, & dicunt dæmonium habet. Luc. 7. b. Vinum & ficeram non bibet. 7. e. Venit autem Iohannes baptista neq; manducans panem; neq; bibens vinum, & dicitis dæmonium habet. 1. Thes. 5. b. Nos autem qui diei sumus sobrij sumus. 2. Pet. 1. b. Vos autem curam omnem subinferentes misstrate in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia abstinentiam.

III ¶ Fructifera; quia affectum refrenat. Sap. 8. b. Et si iustitiam quis diligit, labores huius magnas habent virtutes. Sobrietatem enim & sapientiam docet & iustitiam & virtutem, quibus utilius nihil est in vita hominibus. 1. Corin. 9. d. Ego igitur sic curro non quasi in incertum; sic pugno nō quasi aere verberans. Sed castigo corpus meum & in seruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauero ipse reprobus efficiar. Tit. 2. b. Juuenes similiter hortare vt sobri sint. 1. Pet. 2. Charissimi obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos abstinere vos à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam. 5. b. Sobri esto te & vigilate quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret,

sui refistire fortēs in fide.

IV ¶ Intellectum purgat. Isa. 18. c. Quæ docebis scientias & quæ intelligere faciet auditum? Ablaftas a lacte auulos ab uberibus, Daniel & soñ ipsius à regis abstinentes cibis sapientia super oēs repletā sunt. Dani. 1. d. Pueris autē his dedit deus scientiam & disciplinam in omni libro & sapientia, Danieli autem intelligentiam omnium visionū & somniorum.

V ¶ Meritum augmentat. Vnde dominus Adā abstinentia cibi ligni sc̄iētib; boni & mali mereri ex obdientia voluit, Gen. 2. c. Ex omni ligno paradisi comedē, deligno autem scientie boni & mali ne comedas. Vide titulum ieunium.

VI ¶ Morbum curat, Ecc. 37. d. Propter crapulam multi obierunt, qui autem abstiens est adiūctus est vitam.

ACCEPTIO personarum.

I ¶ Acceptio personarum Deo est ostiosa. Deu. 10. d. Circuncidite igitur præputium cordis vestri, & ceruicē vestram ne indures amplius: quia dñs deus vester, ipse est deus deorum, & dñs dominantur: deus magnus & potens & terribilis, quæ personā non accipit nec munera, facit indicū pupillo & viduæ, amat peregrinū, & dat ei victum atq; vestrum. 1. Reg. 16. b. Ne respicias vultum eius (ait dñs Samueli de Eliab filio Isai) neq; altitudinem statutę eius, quoniam abieci eum, nec iuxta intuitum hominis ego iudico. 2. Para. 79. c. Non est enim (ait Iosaphat rex iudicibus) apud dominum nostrum iniqtas, nec personarum acceptio, nec cupidio munerum Rom. 10. b. Non est enim distinctio Iudei & Greci. Nam idem dominus omnium diues in omnes qui invocant illum. Rom. 2. b. Non est acceptio personarum apud deum. Coloss. 3. b. Expoliantes vos vetem hominem cum actibus suis, & induentes novum

sum qui renouatur in agnitionem dei secundū īma-
ginem eius qui creauit eum : vbi non est gentilis &
Iudeus: circuncisio & præputium, barbarus & schy-
tha, seruus & liber, sed om̄ia & in om̄ib⁹ Christus.
A&t; 10. c. In veritate comp̄ris (ait Petrus) quia nou-
est personarum acceptor deus, sed in omni ḡe q̄ ti-
met eum & operatur iustitiam acceptus est illi.
II Homini pernicioſa, Eccī. 10. c. Est qui perdet an-
timā suā p̄c confusione, & ab imprudenti persona
perdet eam, persona autem acceptione p̄det se. 42.
a. Ne accipias personā v̄ delinqus. Iaco. 2. a. Fra-
tres mei nolite in personari acceptione habere fid̄
dhi nostri Ie. u Christi gloria. Etenim si introierit
in conuentū vestrum vir aureum annulum habens,
in ueste candida, introierit autem & pauper in fordi-
do habitu, & attendatis in cum qui indutus est ueste
præclara, & dixeritis ei, tu sede hic bene: paup̄ri au-
tem dicatis, tu ita illuc aut sede sub scabello pediū me-
orum, nōne iudicatis apud vosmetipſos, & facti esis
iudices cogitationū iniquarū? Si tamē legem perfici-
tis regalem secundum scripturas: diligēs proximum
tuum sicut teipsum, bene facitis: si autem persona ac-
cipiuit, peccati op̄am̄ ni redarguti à lege quasi trās-
gressores. Iud. 2. c. Mitātes personas quæstus causa.
III Proximo damnoſa, Prou. 19. a. Multi colunt per-
sonam potenti⁹ & amici sunt dona tribuentis. Vide
titulum Iudicium humanum. 4. & 5.

Acceptio munerum, vide titulū, Do-
num. Item iudicium humanum. 6.

¶ ACCIDIA.

I **Accidia** deum offendit, Num. 21. b. Et tæ-
dere coepit populum itineris ac laboris, locutusq; cō-
tra dominum & Mosen ait: Cur eduxisti nos de ægypto
vt moreremur in solitudine? Deest panis, non
suat

sunt aquæ, anima nostra iam nauſeat ſuper cibo iſto
leuifimo. Quamobrem misit dominus in populi i-
gnitos ſerpentes, ad quorum plagas & mortes plus
rumor venerunt ad Mofen & dixerunt: Peccauimus
qua locuti ſumus contra dominum & te. Ora-
ve tollat à nobis ſerpentes. Luca 12. f. Ille autem fer-
sus qui cognouit voluntatem domini ſui, & non ſe-
præparauit & non fecit ſecundum voluntatem eius,
vapulabit multis: qui autem non cognouit, & fecit
digna plagis, vapulabit paucis. Iaco. 4. d. Scienti igi-
tur bonum facere & non facienti peccatum eſt illi.
II Regnum aeternum amittit, Matt. 11. b. Regna
cclorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. 25. c.
Et iniurie ſeruum ejicit in tenebris exteriores, il-
lic erit fletus & ſtridor dentium. Iohan. 15. a. Om̄ne
palmitē in me non ferentem fructū tollet eum,
Si quis in me non manſerit, mittetur foras ſicut pal-
mes, & areficit, & colligent eū & in ignem mittent &
ardet.

¶ ACCUSATIO.

I **Accusat** hoſs apud deum diaboli mali-
tia, Job. 1. b. Quadam autē die cum veniſſent filii dei
vt affiſſerent coram dñio, affuit inter eos etiam Sa-
tan. Cui dixit dñs, Vnde veniſſ? Qui reſpōdens ait:
Circuiū terrā & perambulauit eam. Dixitq; dñs ad
eum: Nunquid cōſideraſti ſeruum meū Job, quod nō
ſit ei ſimilis in terra: homo ſimplex & rectus ac timēs
deum & recedens à malo? Cui reſpōdens Satan ait,
Nunquid Job fruita timet deum? Nonne tu vallaſ-
ſi domū eius, vniuerſamq; ſubſtantia eius per cir-
cuitum. Operibus manū eius benedixisti, & poſſeſ-
ſio eius creuit in terra. Sed extende paululū manū
tuam, & tage cuncta quæ poſſidet, niſi in faciem be-
nedixerit tibi. Ro. 8. f. Quis accusabit aduersus ele-
ctos dei? Apo. 12. c. Nunc facta eſt ſalus, & virtus, &
tegnum

I. euentum, in quo tamē interiit. 3. Re. 22. a. Dixitq; Ie saphat ad regē, e. Sic Herodes aplausum acceperāt populi ab angelo percusſus interiit Actu. 12. d. Cōſtituto autē die. Prou. 27. c. Qui benedicit proximo ſuo voce grandi de nocte conſurgēt maledicenti ſimilis erit. Quomodo probatur in cōſſitorio aurum, & in fornace argentum: ſic probatur homo ore laudantis, Ecc. 7. a. Melius eſt à ſapiente corripi, quā ſtultorum adulatioñib; decipi. Ecc. 27. c. Annuens oculo fabrīcat iniqua: & nemo eum abſciēt. In conſpectu oculorum tuorum condulcabit os ſuum, & ſuper ſermones tuos ammirabitur. Nouißime autem peruerter os ſuum, & in verbis tuis qabit ſcandalum. Eſa. 3. e. Popule meus qui beatum te dicunt, iſi decipiunt te: & viam gressuum tuorum diſcipant.

II. Absentem rodit. Sic abſalon quo placere populo, patri detraxit. 1. Reg. 15. a. R. ſpondebatq; ei Abſalon. Videntur mihi ſermones tui boni & iufti, ſed nō eſt qui te audiat conſtitutus a rege.

III. Odibilem ſe reddit. Prou. 24. d. Nec laetēs quā quam labijs tuis. Gal. x. b. An quero hominibus placere? Si adhuc hominibus placere Christi ſeruus nō eſsem. x. Thess. 2. a. Nec enim aliquando fuimus in ſermonē adulatioñis, ſicut ſcritis.

IV. Perditionem ſibi acquirit. Vnde adolescēs de morte ſauis placere ſtudens mortē incurrit. 2. Reg. 2. a. In die autem tertia, Sic & occifores Miphiboſeth, 2. Regum. 4. d. Viuit dominus qui eruuit animam meam de omni anguſtia, Prouerbiorum 28. d. Qui corripit hominem gratiam poſtea inueniet a pudi eum, magis quād ille quilingua blanditione decipit. Ezechiel. 13. c. Vae qui coniununt puluilloſ ſub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia ſub capite vniuersæ etatis ad capiendas animas. d. Et cum caperent animas populi mei, viuificabant animas eos ſuum: & violabāt me ad populum meum propter puluillum

gillum hordei, & fragmen panis, vt interficeret animas quae non moriuntur: & viuificant animas quae non viuunt, mētientes populo credenti mendacijs. Propter hoc dicit dominus deus: Ecce ego ad puluilloſ veſtros quibus vos capitis animas volantes, & di ripiam eos de brachijs veſtris, & dimittam animas quas vos capitis, animas ad volandum. Et diſtrumpā ceruicalia veſtra: & liberabo populum meum de manu veſtra, neq; erunt ultra in manibus veſtris ad pre dandum: & ſcietis quia ego dominus. Pro eo qđ moſere feciſis cor iufti mendaciter, quem ego non con tristau, & conforſtaſis manus impīl ut non conuer teretur a via tua mala & viueret, propereara vano nō videbitis & diuinationes non diuinabitis amplius, & eruam populum meum de manu veſtra, & ſcietis quia ego dominus.

V. Adulterium turpiter committitur in af fectu. Hiere. 7. b. Ecce vos confiditis vobis in verbis mendacijs quae non proderunt vobis, furari, occidere adulterari, iurare in mendaciter, libare Baalim, & ire post deos alienos quos ignoratis. Et veniſtis & iteriſtis coram me in domo hac, in qua inuocatiū eſt nomen meu, & dixiſtis, liberati ſumus eo quod fecerimus oī mnes abominationes istas. Oze. 2. b. Adam poſt ad matores meos qui dant mihi panes, & aquas meas, & lanam meam, & linum meu, oleum meu, & potum meu. 7. a. Omnes adulterantes quāli clibanus ſuccensus a coquente. Matth. 5. Auditus quia dictum eſt antiquis. Non meehaberis. Ego autem dicovobis Omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendū eam iam meehatus eſt ea in corde ſuo. 15. b. de corde exēunt cogitationes male, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, fallax reſtrumonia, blaſphemiae, haec ſunt quae conquinant hominem.

VI. Un acta Gen. 39. b. Erat autem Joseph pulchra

facie & decorus aspectu. Post multos itaq; dies iniescit donna sua oculos in Ioseph. Accidit autem quodam die ut intraret Ioseph domum, & operis quipiam absq; arbitris faceret: & illa apprehensa lacrima vestimenti eius diceret. Dormi tecum. Qui relitto in manu eius pallio fugit, & egressus est foras, Iob. 24. c: Oculus adulteri obliterat caliginem dices: non me videbit oculus, & operier vultum suum. Per fodient in tenebris domos sicut in die condixerant fibi. Pro. 7. c: Nungd potest homo abscondere igne in sinu suo, vt vestimenta sua non ardeant, aut ambulare tuper prunas vt non plantæ eius comburantur. Sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui non erit mundus cum terigerit eam. 5. o. c: Tria sunt difficultaria mihi, & quarti penitus ignoro. Viam aquilæ in celo, viam colubri iupia petram, viam nauis in medio mari, & viam viri in adolescentia. Talis est via mulieris adulteræ, quæ comedit & tergens os suu dicit. Non sum operata malum, Ecc. 23. c: Omnis homo qui transfiguratur lectum suum conrennens in animam suam & dicens: Quis me videt? tenebri circumdat me, & nemo circumspicit me, quem vereor, delit etorum in corum non memorabitur altissimum. Et non intellexit quoniam omnia videt oculus illius, quoniam expellit a se timore in dei, huiusmodi homini est timor, & oculi hominum timentes illum, & non cognovit quoniam oculi domini multo plus lucidiores sunt super solem, circumspiciëtes omnes vias hominū & profundum abyssi & hominum corda, intuentes in abfcditas partes, Ro. 7. a: Nam quæ sub viro est mulier, viuente viro alligata est legi. Si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est a lege viri. Igitur viuente viro, vocabitur adultera si fuerit cum alio viro. Si autem mortuus fuerit vir eius: liberata est a lege viri, vt non sit adultera si fuerit cum alio viro, 2. Petri 2. c: Oculos habentes plenos adulterij & incensabilis delicti

delicti.

III. **C**Adulteriū firmiter prohibetur, Exodi. 20. et Non mœchaberis, Leuit. 18. c: Cum vxore proximi tu non coibis, nec seminis commixtione maculaberis, Deut. 5. b: Neq; mœchaberis.

IV. **C**Grauit punitur, quia deum offendit. **V**n de ob vxorem Abraham sublatam plagauit dominus domum pharaonis, Gene. 12. d: Flagellauit autem dominus pharaonem plagi maximis & domum eius, propter Sarai vxorem Abrahā. Simili modo & Abimelech, Genesi. 20. a: Venit autem deus ad Abimelech per somnum nocte & ait illi: En morieris propter mulierem quam tulisti. Habet enim virum. Abimelech vero non tetigerat eam. Et ait: Domine num gentem ignoramus & iustum interficies? Nonne iesus dixit in hiis soror mea est, & ipsa ait: frater meus est? In simplicitate cordis mei & munditia manuum mearum feci hoc. Dixitq; ad eum deus. Et ego scio quod simplici corde feceris, & ideo custodiu te ne peccares in me, & non dimisi ut tangeres eam. Orante autem Abraham sanauit deus Abimelech & vxorem ancillasq; eius & pepererunt, Leuit. 20. b. Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius, & adulterium perpetraverit cum coniuge proximi sui, morte moriat & mœchus & adultera.

Deuterono. 22. d: Si dormierit vir cum vxore alterius, uterque morietur, adultera & adultera, & auferes malum de terra.

27. d. Maledictus qui dormit cum vxore proximi sui, Iob. 31. a: Si deceptum est cor meum super muliere & si ad ostium amici mei insidiatus sum: scortum alterius sit vxor mea, & super illam incurvantur alii. Hoc enim nefas est & iniquitas maxima. Ignis est usque ad perditionem devorans, & eradicans omnia genitima.

Hier.

Hiere. 5.c. Saturaui eos & mœchati sunt, & in domo meretricis luxuriantur. Equi amatores in fecundinas & enniatias sunt, vnuſquisque ad vxorem proximi ſui hinniebat. Nunquid ſuper his non viſitabo dicit dominus, & in gente tali non vlcifetur anima mea? Maluit Susanna mortem quam adulterij crimen incurrere. Dani. 3.c. Sed melius eſt mihi ab alijs opere incidere in manus hoīm, & peccare in conſpectu dñi. Iohann. 8.a. Adducunt autem ſcribz & pharisei mulierem in adulterio deprehēſam, & ſtatuerunt eam in medio, & dixerant: Magiſter haec mulier modo deprehēſam eſt in adulterio. In lege autem Moſes mandauit nobis huiusmodi lapidare.

2. Corin. 6.b. Nolite errare, neq; fornicarii neq; idolis ſeruientes, neq; adulteri, regnum dei poſſidebunt. Hebræo. 13.a. Fornicatores enim & adulteros iudicabit deus.

V Proximum laedit. Ecclesi. 41.d. Ne respicias mulierem alieni vii, & ne ſcrutaris ancillam eius, neque ſteteris ad lectum eius. Dauid ob adulterium celandi occidi procurauit Vriam.

2. Regum. xi. Factum eſt autem vertente anno. Item Herodes Iohannem.

Matthæ. 14.a. Herodes autem tenuit Iohannem, & alligauit eum & poſuit in carcerem, propter Herodiam vixorem fratris ſui.

Marci. 6.c. Ipſe enim Herodes misit ac tenuit Iohannem.

VI Problema inficit. Proverb. 18.d. Qui autem tenet adulteram ſtultissimus eſt.

Sapien. 3.d. Filii autem adulterorum in consummatione erunt, & ab iniquo thoro ſemen exterminabitur. Et ſi quidem longæ vita erunt, in nihilum computabuntur, & ſine honore erit nouissima ſeneſtus illorum. Et ſi celerius defuncti fuerint non habebunt ſpem

ſpem, nec in die agnitionis allocutionem. Nations eim iniquæ diræ ſunt consumptionis. 4.a Multigena autem impiorum multitudine non erit uti hi, & ſpira vitulamia nō dabunt radices altas nec ſtabile firmamentum collocabunt. Et ſi in ramis in tempore germinauerint, infirmiter poſita à vento cōmouebuntur: & à nimietate vento uni eradicatoriatur. b. Conſtingetur enim ramū inconfummati, & fructus illorum inutiles, & acerbi ad manducandum & ad nihilum apti. Ex iniquis enim omnes filii qui naſcuntur teſtes ſunt nequitæ adulteriſ paretēs in interrogatione ſua. Ecclesi. 23.d. Sic & mulier omnis relinquentis virum ſuum, & ſtatueris hereditatem ex alies no matrimonio. Primo enim in lege altissimi incredibilis fuit, & tecundo virum ſuum dereliquit, tertio in adulterio fornicari, & ex alio viro filios ſtatuit ſibi. Hęc in eccleſiam adducetur, & in filios eius reprobetur. Non trident filii eius radices, & ramū eius nō dabunt fructum.

VII Famā polluit. Proverb. 6. d. Non grandis eſt culpa cum quis furatus fuerit. Furatur enim vt eſurientem impletat animam. Deprehēſus quoq; reddet ſeptuplum, & omnem ſubſtantia domus ſua tradet & liberat ſe. Qui autem adulter eſt propter cordis inopia perder animam ſuam. Turpitudinem & ignominiam congregat ſibi, & opprobrium illius non delebitur. Quia zelus & furor viri non parcer in die vindictæ, nec acquiescer precibus cuiusquam, nec ſuscipiet pro redēptiōe dona plurima. Ecclesi. 23.d. Derelinquent in maledictum memoriam eius, & dedecus illius non delebitur.

VIII Per legem quomodo inquiritur. Numer. 5.b. Vir cuius vxor errauerit.

¶ADVENTVS domini.

¶Aduentus

I. **C**aduentus domini in carnem. Multipliciter promisus, Gene. 49. b: Non auferetur scepter regni de Iuda & dux de famore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium, Deut. 18. c Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me suscitabit tibi dominus deus tuus ipsum audies, d. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui, & ponam verba mea in ore eius, loqueretur ad eos omnia quae praecepero illi. Qui austerem verba eius quae loquetur in nomine meo audire noluerit, ego vitor existam, Danie. 9. f: Septuaginta hebdomades abbreuiatae sunt super populum tuum & super urbem sanctam tuam, ut consumetur praevaricatio, & finem accipiat peccatum, & delectetur iniurias, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio, & vngatur sanctus sanctorum, Abacuc. 2. a: Super custodiā meā stabō, & figam gradū super munitiōnēm. Et contemplabor ut videam quid dicatur mihi, & quid respondeam ad arguentem me. Et respondebit & dixit mihi dominus. Scribe visum & ex plana eum sup tabulas ut percurrat qui legerit eum. Quia adhuc visus procul, & apparebit in finem & non mentietur. Si moram fecerit expecta illum, quia veniens veniet & non tardabit, Aggei. 2. b: Adhuc vobis modicum est, & ego commouebo celum & terram, & mare & aridam. Et mouebo omnes gentes, & venient desideratus cunctis gentibus. Magna erit gloria domus istius nouissima, plusquam prima dicit dominus exercituum, Zacha. 2. c: Laudā & lætare filia Syon, quia ecce ego venio & habitabo in medio tui, ait dominus. Et applicabuntur gentes multæ ad dominum in die illa, & erunt mihi in populum, Malac. 3. a: Ecce ego mittam angelum meum, & preparabit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templo suum dominator quem vos queritis, & angelus res

ius testamenti quem vos vultis. Ecce venit dicit dominus exercituum.

II. **C**ardenter desideratus, Exod. 4. d. Obscurio domine mitte quem misurus es, Esa. 45. b: Rorate coeli desuper & nubes pluant iustum, aperiatur terra & germinet Saluator emi, Esa. 61. 2: Propter Syon non tacebo, & propter Hierusalem non quiescam, donec egrediar ut splendor iustus eius, & Saluator eius ut lampa accendatur. 64. a: Vt in diuina spes celos & descendentes. A facie tua mōtes desfluerēt sicut exustio ignis tabescerent, aquæ ardenter igni, ut notū fieret nōmē tui inimicis tuis, & facie tua gentes turbarentur.

III. **C**alubriter consummatus quo ad introitum, Esa. 7. c: Propter hoc dabit dñs ipse vobis signū. Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, xi. a: Et egredieretur virga de radice Iesæ, & flo de radice eius ascenderet, & requiesceret super eum spiritus domini, spiritus sapientiae & intellectus spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiae & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Non scđm visionem oculorum iudicabit, neq; scđm auditū auri arguet. Sed iudicabit in iustitia pauperes, & argueret in æquitate pro mästueris terræ. Et percussit terra virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficat et impium. Et erit iustitia cingulum lumborum eius & fides cinctorium renum eius, Iohann. 1. b: Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis, x. g: Exiui a patre & evenit in mundum.

IV. **C**processum, Hier. 14. b: Quare quasi colonus futurus es in terra, & quasiviator declinans ad manendum? Quare futurus es velut vir vagus & fortis: quae non potest saluare? Tu autem in nobis es domine, & nomen tuum inuocatum est super nos, ne derelinquas nos, Baruch. 3. d: Post hæc in terris sis: est, Zacharias. 9. b: Exulta fā: is filia Syon, iubila filia Hierusalem. Ecce rex tuus venit tibi iustus & Saluator, ipse pauper

Pauper & ascendens super asinam & super pullum suum asinæ.

Matth. 21. 2. Et cum appropinquassent Hierosolymis

Luc. 12. g. Hypocritæ faciem cœli & terræ nostis probare, hoc autem tempus, quomodo non probatis?

V Fructum in auferendo malum. Sopho. 31. Lauda filia Syon, iubila Israhel. Lætare & exulta in omni corde filia Hierusalem. Abstulit dominus iudicium tuum, auerterit inimicos tuos. Rex Israhel dominus in medio tui, non timebis malum ultra d. In die illa dicetur Hierusalem. Noli timere Syon, non dissoluantur manus tuae. Dominus deus tuus in medio tui fortis ipse saluabit. Titum. 2. c. Apparuit enim gratia dei & Saluatoris nostri omnibus hominibus eruditus nos ut abnegaretis impietatem, & secularia desideria, sobrie & iuste, & pie vivamus in hoc seculo, expectantes beatam spem, & aduentum gloriae magni dei & Salvatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semei ipsum a nobis vt nos redimeret ab omni iniustitate, & munditate sibi populum acceptabilem sectatorem bonorum operum, 3. b. Cum autem benignitas & humanitas apparuit salvatoris nostri dei: non ex operibus iustitie quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, per lazarum regenerationis, & resurrectionis spiritus sancti, quem effudit in nos abunde, per Iesum Christum Salvatorem nostrum, vt iustificati gratia ipsius hæredes sumus secundum spem vitæ aeternæ. Fidelis sermo est.

Actu. 3. d. Vobis primum deus suscitans filium suum misit eum benedicentem vobis, vt cōvertat se vnuquisq; à nequitia sua. 1. Iohan. 2. b. In hoc apparuit filius dei, vt dissoluat opera diaboli. 4. b. In hoc apparuit charitas dei in nobis, quoniam filium suum virginatum misit deus in mundum: vt vivamus p; cum.

VI Conferendo bonū, Esaï. 52. d. Dicite filiis Syon Ecce

Ecce Saluator tuus venit, ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo. Et vocabunt eos populus sanctus: redempti a domino. Hiere. 23. 2. Ecce dies venit, sunt dicens dominus, & suscitabo David gerumen iustum & regnabit rex & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israhel habitat confidenter. Et hoc est nomen quod vocabunt eum: dominus iustus noster.

Lucæ. 9. g. Filius hominis non venit animas perdere sed saluare. 39. b. Venit enim filius hominis quaerere & saluum facere quod perierat.

Iohan. 3. b. Sic enim deus dilexit mundum, vt filium suum unigenitum daret, vt omnis qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam aeternam. Non enim misit deus filium suum in mundum, vt iudicet inuidum sed vt saluetur mundus per ipsum.

12. g. Non enim veni vt iudicem mundum, sed vt saluiscem mundum.

I **C**amicitiæ divinæ ortus. Sapi. 7. b. Infinitus theiaurus est hominibus, quo qui vni sunt particeps facti sunt amicitiae dei, propter disciplinæ dona commendati. Iohan. 15. b. Vos amici mei etis, si feceritis quæ ego præcipio vobis. Actu. 10. e. In veritate comperti. Acceptio personarum. 1. Jacob. 2. d. Cresdidit Abraham deo & reputatum est illi ad iustitiam & amicus dei appellatus est.

II **C**Fructus. Exod. 21. b. Loquebatur autem dominus ad Mosen facie ad faciem, sicut solet homo loqui ad amicum suum. Psalm. 138. Mihi autem nimis honorati sunt amici tui deus, nimis confortatus est principatus eorum. Luc. 14. c. Amice ascende superius. Iohan. 7. b. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunq; audiui à patre meo nota feci vobis.

III **C**Amicitia huius 9a, esse debet firma. Pro. 12. d. Qui negligit damnum propter amicum iustus est. 17. c.

Omnis tempore diligit q̄ amicus est, & frater in angus-
tis compobatur, 27. b: Amicum tuum & amicū pa-
tri⁹ tui ne dumiseris, Eccī. 4. a: Si possides amicū, in
tentatiōe posside eum, & ne facile credas ei, 12. b: Nō
agnoscetur in bonis amicus, & non abscondetur in
malis inimicus. In bonis viri, inimici illius, in tristia
& malitia illius amicus agnitus est, 22. d: Fidē pos-
side cum amico in paupertate illius, vt & in bonis illi-
us lateris. In tempore tribulationis illius permane il-
li fidelis, vt & in hæreditate illius cohæres sis. Econ-
trario discipuli dominum reliquerunt, Matthæ. 26. f
Tunc discipuli oēs relicto eo fugerunt, Marci. 14. f
Adolescēs aut̄ quidā sequebatur eū amictus syndone
super nudo, & renuerūt eū. At ille relicta syndone nu-
dus profugit ab eis, Iohan. 16. g: Ecce venit hora &
iam venit vt dispargamini vniuersq̄ in propria &
mcfolium relinquatis.

III. ¶ Grata, Prou. 18. d: Vir amicabilis ad societatem magis amicus erit q̄ frater, Eccī. 20. c: Fatuo non erit amicus, & nō erit gratia in bonis illius. Qui eñi edunt panem illius fatū lingue sunt. Quoties &
quāti irridebunt eum? Neḡ enim quod habendū erat
directo sensu distribuit, similē ē & qđ nō erat habēdū
V. ¶ Honestā, ideo per prophetā Iosaphat de ami-
citatia ad Achab increpatus fuit, 2. Pa. 19. a: Impio p̄r
bes auxiliū, & his q̄ oderunt dñm amicitia iungentur.
Et idcirco irām quidem domini merebaris: sed bona
opera inuenta sunt in te, eo qđ abstul̄ris lucos de ter-
ra Iuda: & p̄paraueris cor tuū vt requireres dñm
deum patrū tuorū. S. c & Plato Herodes in mortem
dñi iunctus est amicitia, Iu. 23. b: Et facti sunt amici
Herodes & Pilatus in ipsa die: nam antea inimici erāt
adiuicem. Ideo Eccī. 4. a: Noli fieri p̄ amico inimi-
cus proximo tuo, b: Qui timeret deum æque habebit
amicitiam bonā, qm̄ secundū illum erit amicus illius:

VI. ¶ Integra in corde, Prou. 25. b: Causam tuam
tracta

tracta cum amico tuo, & secretū extraneo ne reueleg-
ne forte insultet tibi cū audierit & xp̄obare nō cese-
set, Eccī. 27. c: Dilige p̄oximū & coniungere fide cū il-
lo, 17. a. Non obl̄is caris amici tuī in amictuō tuo, &
non inimicorum suis illius in operibus tuis.

VII. ¶ In ore, Prou. 79. b: Qui celat delictū querit
amicitias, qui altero sermone reputat, separat foedera-
tos, 25. a: Qui viderit oculi tui ne p̄feras in iurgio-
to, ne potea emēdere nō possis cū de honesta ueris
amicū tuū, 27. c: Ferum ferro exēcutur: & homo ex
acut facie amici, Eccī. 4. a: Verbū culce multiplicat
amicos, & mitigat inimicos: & lingua eucharis in bos-
no abundat, 22. c: Mittens lapidē in volatilis
deiicit illa, sic & cōuiciatur amico disolutus ame-
cītia, d: Amici salutare nō cōfundaris, 27. b: Qui des-
nudat arcana amici fidē perdit: & nō inueniet amici
ad animū suū, c: Denudare aut̄ amici mysteria, despe-
ratio est animā infelicitis, 4. r. d: Caus ab amicis de ser-
mone im properi, 42. a: Non duplices sermonē audi-
tus de reuelatiōe sermonis absēcīti, & eris vere sine
cōfusione: & inuenies gratiā in cōspectu oīm hoīm.

VIII. ¶ In opere, Iob. 6. c: Qui tollit ab amico mis-
ericordiā, timor̄ cīni dereliquit, Prou. 3. d: Ne dicas a-
mico tuovade, & reuertere & cras dabo tibi, cī statim
possis dare, Eccī. 29. b: Perde pecuniam propter fra-
trem & amicum, & non abscondas illam sub lapide
in perditionem.

IX. ¶ Amicitiæ vere cōseruatio, Pro. 3. d: Ne molie-
ris amico tuo mālū: cū ille in te habeat fiduciā, 11. b: Qui despicit amicum sūsi indigens corde es, vir aut̄
prudens racebit, Eccī. 4. b: Amicus si p̄mainferit fixus
erit tr̄bi quasi coequalis, & in domēficiis tuis fiducia
liter aget, 7. b: Noli amare mendacis aduersus fratrem
tuū: neq̄ in amicum similiter facias. Noli praevaricari
in amicū pecuniam differentem: neq̄ frātrē chari-
tissimum aut̄ spreueris, 9. L: Ne derelinquas amicū

antiquum, nouus enim nō erit similis illi. Vinum nō
num amicus nouus, veterascat & cū suauitate bībes il-
lud. 20. d. Est q̄ pr̄ cōfūscē p̄mittit amīco: & lucrātīs
est tū iñimicū gratis. 22. c. Ad amīcū & si produxeris
gladiū nō desperes: est em̄ regressus ad amīcū. Si ape-
ruerit os tristē ne timeas. Est enim cōcordatio, exces-
pro cōcūtio, & inproperio, & fugitīa, & mysteriū reue-
latōe: & plaga dolosa. In his oībus effugiet amīcus.
X. ¶ Frūctificatio. Prouer. 18. c. Frater qui adiuuat
tur a fratre quasi ciuitas firma: & iudicia quasi ve-
tēs vrbium. 25. b. Gratia & amicitia liberant quas tū-
bi serua nō exprobabilis fias. 27. b. vnguento & varjia
odoribus delectatur cor: & bonis amīci consilijs an-
ima dulcorat. Melior est vicinus iuxta q̄ frater pro-
cul. Eccl̄s. 4. b. Melius est ergo duos esse simili q̄ vñ
habent em̄ emolumētū societatis suæ. Si vñus ceci-
derit, ab altero fulcīetur. Vx soli, quia cum cecidē-
rit, nō habet subleuantē. Eccī. 6. b. Amicus fidelis pro-
tectione fortis, q̄ aut inuenit illū, inuenit thesaūg. Amī-
co fidelī nulla est cōparatio, & non est digna pondera-
tio auri & argēti contra bonitatē fidei illius. Amicus
fidelis medicamentū vita & immortalitatis, & q̄ me-
tuunt dñm inueniēt illū. 22. d. Amīcū salutare nō cōs-
fundarīs. A facie illius non me abscondā, & si mala
mīhi euenerint p̄ illum sustinebo. Ois q̄ audiet, caue-
bit se ab eo. 25. b. Beatus qui inuenit amīcū verū.
XI. ¶ Amicitia fistā lucrum propriū attēdit. Pro-
uerb. 14. c. Amici diuitiū multi. 19. a. Diuitiā addūnt
amicos plurimos. Multi colunt personam potētis:
& amici sunt dona tribuentis. Fratres hominis pa-
uperis oderunt eum: insuper & amici procul recesser-
unt ab eo. 20. a. Multi homines misericordes vocan-
tur, virum fidēliū quis inuenit, Eccl̄s. 6. a: Est enim
amicus secundum tempus suū, & non permanebit
in die tribulationis. b. Est autem amicus socius mens-
tis, & non permanebit in die necessitatis. 27. a. Sodali-
lis amīcū

Si amīcū coniueundabitur in oblationib⁹, &
in tempore tribulatiōnis aduersarius. Sodalis amī-
co condoleat causa ventris, & contra hostem accipiet
scutum.
XII. ¶ Malum proximo intendit. Sic Dalida mor-
tem Sampioni, Iudicum. 18. d: Quomodo dicas quod
amas me cum animus tuus non sit mecum? Per tres,
Prouer. 18. b: Simulator ore decipit amīcum suū.
Qui ambulat fraudulenter reuelat arcana: qui autem
fidelis est amīci celat commissum. 26. c: Sicut noxius
est qui mittit sagittas & lanceas in mortem: ita vir q̄
fraudulenter nocet amīco suo, & cum fecerit depre-
henſus dicit, ludens feci. 27. c: Qui bene dicit. Adula-
tio. 1. 29. a: Homo qui blandis fēctis q̄ sermonib⁹ lo-
quitur amīco suo: reti expandit gressib⁹ suis. Eccī.
27. c: Annuens oculo fabricat mala, & nemo cum ab-
scinet. In conspectu oculorum tuorum condulcabit
os suū: & super sermones tuos admirabitur. Nouis
fime autem perueret os suū, & in verbis tuis das-
bit scandalū. Multa audiui & non coequauī ei: & dō
minus odiet illum. Matth̄e. 28. c: Qui autem tradidit
eum, dedit eis signum dicens: Quemcunq; oculas
tus fuerō ipse es, dixitque illi Iesus: Amīce ad quid
venisti?

XIII. ¶ Bonum falso p̄tendit. Sic in mortem Da-
uid occasionem querens Saul filiam ipsi dedit. 1. Re-
gum. 18. c: Dilēxit autem David Michol filiam Saul,
Prouerbio. 18. d. Vir iniquus laetat amīcum suū: &
ducit eum per viam non bonam, Eccī. 37. a: Omnis
amicus dicet, & ego amicitiam copulauī & est ami-
cū solo nomine amīcū. Nonne tristitia inest usque
ad mortem. Sodalis autem & amīcus ad inimicitiam
conuertētur. O p̄fūlūtio nequissima, vnde creata
es cooperire aridam: malitia & dolositate illius.

XIV. ¶ Odium incendit. Prouer. 18. a: Occasiones
querit q̄ vult recedere ab amīco omni tempore erit
B 3 expō-

XIV. Exprobabilis, Ecclesiasticus, 1. a: Et est amicus qui conueritur ad inimicitiam, & est amicus qui odium & traxam & cogititia denudabit, 33. a: Equus emissarius sic & amicus sublannator sub omni supradidente hinnit.

XV. Opprobrio/am se reddit, Proverbii, 20. c: Si qui reuelat mysteria & ambulat fraudulentem, & dilitat sapientia sua ne commiscari, Ecclesiasticus, 6. b: Ab inimico tuis separare: & ab amicis tuis attende, 19. b: Amico & inimico noli narrare sensum tuum, & si est tibi delictum noli denudare. Audierit enim te & custodiat: & quasi defendens petram odiet te & sic aderit tibi semper, Hierosolymitanus, 9. b: Vnusquisque se a proximo suo custodiat & in omni fratre suo non habeat fiduciam: quia ois frater supplantans supplabit, & ois amicus fraudulenter incedet, & vir fraterem suum deridebit: & veritatem non loqueretur.

I. **A**ngeli boni Deo adiunguntur, Iob, 15. a: Numquid est numerus militum eius, 38. a: Vbi eras (ait dominus Iob) quando ponebam fundamenta terrae: Cum exaudirent astra matutina & iubilarent oes filii dei Danielis, 7. c: Milia milium ministrabat ei: & decies miliiles centena milia assistebant ei, Matt. 18. b: Dico enim vobis quia angeli eorum in celis semper videt faciem patris mei, qui in celis est.

II. **C**hominis seruiuntur, Psalmus, 103. a: Qui facis angelos tuos spiritus, Hebreus, 1. d: Nonne oes sunt administratores spiritus in ministerium missi: propter eos qui habentatem capiunt salutis?

III. **C**Arguant peccantes. Sic angelus filios Israel, Iudicium, 5. a: Ascendit angelus domini.

IV. **C**onfortant deficietes, Vnde angelus ancilla Sarra in deserto fontem ostendit, Genes. 17. b: Quem cum abiisset errabat in solitudine. Sic Helice aquam & panem, 3. Reges, 19. a: Misericordia Isabellae nuncium ad Hernani, Danielli prandium per Abacum in lacum leonum in Babylonie e ludea apporauit, Daniel, 14. f: Erat autem

Abacum

Abacum propheta in Iudea, Lucus, 22. e: Apparuit auge illius angelus de celo confortans eum.

V. **D**irigunt gradientes, Exodus, 23. c: Ecce ego misericordia angelum meum qui praecedat te & custodiat in via: & introducat in locum quem preparavi tibi. Observa eum & audi vocem eius, nec contemnendus putas: quia non dimittere cum peccaueris, & est nomen meum cum illo. Quod si audieris vocem eius, & feceris oia quod loqueris, inimicus ero inimicis tuis & affligentes te. An gelus prohibuit Balaam a petre maledictionis populi Israel Numerus, 22. d: Surrexit Balaam mane, Tobit, 5. d: Respondens autem Thobias ait: Bene ambuletis, & sit deus in itinere vestro, & angelas eius comiteretur vobis secum, 10. d: Angelus domini (aut Raguel) sanctus fit in itinere vestro perducatus vos incolumes. Iudicium, 13. c: Vixit autem ipse dominus quoniam custodivit me angelus eius, & hinc euntem, & ibi comorantem, & inde huc reuertentem, & non permisit me dominus ancillam suam coiquinari: sed sine pollutione petri reuocauit me vobis gaudentem in victoria sua Psalmus, 90. b: Quoniam angelis suis mandauit de te, ut custodiante te in oibus vestris tuis. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

VI. **E**rudient ignorantes. Sic Esdras V. regnus, 4. Esdras, 4. a: Et respondit: Sic Daniel, Dani, 9. f: Cum ergo adhuc loquereris. Sic Ioseph instruxit, Marchant, 1. c: Haec autem cogitante, ecce angelus domini apparuit in somnis eius, dicens: Iosephi filii David, noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quoniam enim in ea natum est de spiritu sancto est: Pariter autem filium, & vocabis nomen eius Iesum: ipse salvum faciet populum suum a peccatis eorum, 2. d: Disponit autem Herode. Sic Cornelius quoniam ad fidem peritus gereret. Actus, 10. a: Vir autem qui datus erat in Cesarea,

VII. **C**flagellans praevaricantes. Vnde populorum pestilenta percutit ob peccatum datus pestilentiem, 4. Reges, 19. g: Immisitque dominus pestilentiem, 4. Reges, 24. c: Factum est igitur in nocte illa venit angelus

B 4 dominus

dñi: & percusit de castris Assyriis, 135. milia. Heliodorum templum spoliare volentem grauter cœciderunt, 2. Mach. 3.c. Heliodorus aūr. Sic Herodem deo gloriam non dantem. Actu. 12. d. Confestim aut̄ percusit eum angelus ex quod non dedit se honorē deo & consumptus à vermis expiravit.

VIII ¶ Gratificant orantes. Iob. 33. c. Si fuerit pro eo angelus loquens vñi de milibus ut annunciet hominis æquitatē, miserebitur eius & dicet. Libera eum ut non descendat in corruptionem. Inueni in quo ei propitiatur. Tobi. 12. c. Quando orabas cum lachrymis & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandii tuū, & mortuos abscondebas per diē in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationē tuā dño. Apo. 8. a. Et alius angelus venit & stetit ante altare. Et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum.

IX ¶ Honorant decedentes. Luce. 16. c. Factum est autem ut moreretur mendicus: & portaretur ab angelis in finum Abrahæ.

X ¶ Cluuant certantes. Vnde angelus cū nube se inter castra Aegyptiorū & Israel posuit. Exo. 14. c. Tot lēnsq; se angelus dñi. Sic Iosue angelū in agro euaginatu tenetē gladiū vidit. Iosue. 3. d. Cumq; esset Iosue in agro. Sic precibus Hélizēi puerūnus mōtē plenum equoꝝ & currūrum igneoꝝ in circuitu vidi He lizēi. 4. R.c. s. d. Cumq; orasset Hélizēus. Danit. 6. c. Deus meus quē colo misit angelū suū & cōclusit orationū & nō nocuerūt mihi: quia corā eo iustitia mea iudicata est. Sic Machabæus apparuit p̄cedens eques in veste cādida, armis aureis hastā vibrās. 2. Ma. 11. b. Vt autem Machabæus. Liberavit apostolos ē carcere. Actu. 5. d. Exurgens autem princeps sacerdotum. Sic & Petrum. Actu. 12. a. Eodem autem tempore.

XI ¶ Angeli mali ob p̄stū orifūtur. Iob. 4. d. Ecceq; seruūt ei nō sunt stabiles, & in angelis suis reperit

reperit prauitatem. Esa. 14. c. Quomodo cecidisti de celo Lucifer: qui mane oriebaris. Luc. 10. c. Videbā Saranam sicut fulgur de celo cadentem. 2. Petri 2. a. Si enim deus angelū peccantibus nō pepercit, sed iudicantibus inferni detracitos, in tartarum tradidit eruciantos, in iudicium referuari, Iud. x. b. Angelos vero qui non seruauerunt suum principatum, sed de reliquerunt suum domicilium, in iudicium magni dei vinculis eternis sub caligine reseruauit. Apo. 12. b. Et factum est prælūm magnum in celo. Michael & angelicus prælabantur cum dracone, & draco pugnabat & angeli eius & non valuerunt, neq; locus inuentus est eorum amplius in celo. Et projectus est draco ille magnus, serpens antiquus qui vocatur diabolus & satanas, qui seducit inueniens orbem: & projectus est in terram: & angelicus cū illo missi sunt.

XII ¶ Malum hominibus moliantur aggrediendo fraudulenter. Vnde Euam natura & sexu affirmiorēm callide & solam & simplici aggressus est questio ne. Gene. 3. a. Sed & serpens. Ideo dicit apostolus. 2. Cor. 11. c. Ut non circumueniamur a Satana: nō enim ignoramus cogitationes eius. 11. c. Ipse enim satanas transfiguratus in angelum lucis.

XIII ¶ Generaliter omnes quātumcunq; sanctos, Iohan. 14. d. Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Matth. 4. a. Tunc Iesu ductus est in desertum à spiritu ut tentaretur à diabolo. Lus. cæ. 4. b. Et consummata omni tentatiōe diabolus recessit ab illo vsc ad tempus. Iohan. 13. a. Et coena fæsta cum diabolus iam misisset in cor: vt tradiceret eum Iudas Simonis Scateriotis. 1. Petri 5. b. Sobrij estote & abstinentia. 3. 1. Reg. 16. c. Spiritus autem dominii recessit a Saul & exagitabat eū spiritus nequā d domino.

XIV ¶ Horribiliter. Sic Iob nedium in substatia, prole, & corpore, sed quam maxime in anima per blasphemiam

blasphemiam laderet studuit. Iob. 1. b. Sed extendē paululum manum tuam & tange cunctā quæ possidet, nūlin faciem benedixerit tibi. 2. b. Peccat pro pelle & cuncta quæ habet dabit homo pro anima sua. Alioquin mitte manum tuā & tange os & carnē eius & tunc videbis quod in faciem benedicat tibi. 41. d. Non est potestas super terram, quæ cōparetur ei, qui factus est ut nullum timeret. Omne sublime videt: & ipse ut rex super omnes filios superbizet. Ecc. 39. d. Sunt spiritus q ad vindictam creati sunt, & in furore suo cōfirmauerunt tormenta sua. In tempore cōsummationis effundent virtutē & furorē eius q fecit illos cōfundēt. Unde reddit hominem cęcū & mūrū, Mat. 12. b. Tūc oblat⁹ est ei dæmoniū habēs, cęc⁹ & mūr⁹. XV. ¶ A deo reprimuntur ne quantum volunt posint. Iob. 1. c. Ecce vniuersa quæ habet in manu tua sunt: tantū in eum ne extēdas manum tuam. 2. b. Ecce in manu tua sit, veruntamen animam illius serua. Unde nec in porcos quidem nisi permissi intrare posuerunt. Matth. 8. d. Si eis iis nos hinc mitte nos in gregem pororum. Luc. 22. c. Simō ecce Satan expetuit vos ut cribraret sicut triticū. Ego autem rogo uini pro te, ut non deficit fides tua.

XVI. ¶ Ab homine refellitur, per gratiæ assistancem. Ro. 13. c: Deus autem pacis cōteret Satanā sub peccatis velociter. Ephes. 4. f. Nolite locū dare diabolo. 6. b. Induite vos armaturam dei, ut possitis stare aduersus iniicias diaboli. Iac. 4. b. Subdit ergo estote deo, resistite autem diabolo & fugiet a vobis. 1. Pet. 5. b. Cui resistite fortis in fide. 1. Ioan. 1. c. Scribo vobis adolescentes quoniā viciuit malignū. XVII. ¶ Per deum expelluntur. Mat. 8. b. Vespere autem facto obtrulerunt ei multis dæmonia habentes, & enciebat spiritus verbo. 9. d. Egressis autem illis ecce obtrulerunt ei hoī in murum dæmoniū habentes, & electio dæmonio locutus est mutus: & mirata sunt.

sunt turbæ. 11. b. Tunc oblatus est ei dæmonium habens, cœcas & mutus & curauit eum ita ut loqueretur & videretur. 17. c. Et cū venisset ad turbā, Mar. 1. c. Et erat in synagoga eorū homo in spiritu immundo, d. Vespre autē factō cū occidisset sol, 3. b. Et spiritus immundi cū illum videbant procidebant ei, c. Et scribz qui ab Hierosolymis descendebant dicebant, Quid nam Beelzebub habet: & quia in principe dæmoniorum ejicit dæmonia. 5. a. Et venerant transfrēta maris, 9. b. Et veniens ad discipulos suos, Luc. 4. c. Et in synagoga erat homo, f. Quod est hoc verbum quia in potestate & virtute imperat immundis spiritibus, & excusat, g. Exibant autem dæmonia à multis clausantia & dicentia: quia tu es filius dei, 8. d. Et cū de nau egredies es, 9. e. Et ecce vir de turba exclamauit, 11. b. Et erat ejus dæmonium.

XVIII. ¶ Per homines Matt. 10. a. Et conuocatis duodecim discipulis dedit illis potestatē spiritū immundorum ut ejercent eos, Luc. 10. c. Reuersi sunt autē septuaginta duo cum gaudio dicentes, Domine, etiam in nomine tuo dæmonia subiiciuntur nobis. 11. c. Si autem ego in Beelzebub ejicio dæmonia: filii vestri quo ejiciunt? Act. 19. c. Tentauerūt autē qui dām & de circūlatis Iudeis exorcistis inuocare super eos qui habeant spiritus malos nomen domini Iesu, Respondens autem spiritus nequā dixit eis, Iesum noui: & Paulum scio. Vos autem qui estis! Et insiliens homo in eos in quo erat dæmoniū pessimū & dominatus amborum, inuuluit contra eos: ita ut nudi & vulnerati effugerent d: domo illa,

I. ¶ Antichristus mirabile habebit ingressum, Ezech. 33. b. In nouissimo annorum venies ad terram quæ reuersa est a gladio & cōgregata est a populis multis ad montes Israel qui fuerunt deserti iugiter. c. In die illa ascendent cogitationes super cor tuū, & cogitabis cogitationē pessimam. f. Hec dicit dominus

dominus deus. Tu ergo ille es de quo locutus sum in diebus antiquis in manu seruorum meorum prophetarum Israeli: qui prophetauerunt in diebus illorum temporum: ut adduceret te super eos. Et erit in die aduentus Gog super terram Israel, ait dominus deus: aicendet indignatio mea in furore meo in zelo meo. **Danie.** 12. c. Vade Daniel: quia clausi sunt signaculæ sermones vobis ad præfinitum tempus. Eligentur & dealabuntur, & quasi ignis probabuntur multi. Et impie agent impij, neque intelligent omnes impij. d. Et a tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominationis in desolationem. **Matt.** 24. b. Cum ergo videbitis abominationem desolationis, que dicta est a Daniele propheta stantem in loco sancto qui legit intelligat. **Apo.** 12. c. Et cum consummati fuerint mille anni, solueretur Satanus de carcere suo & exhibit, & seducet gentes quæ sunt super quatuor angulos terra Gog & Magog, & congregabit eos in prælium, quorum numerus est vt arena maris. Et ascenderit super lacitudinem terræ, & circulabunt castra sanctorum & ciuitatem dilectam.

II. Horribilem progressum. **Dani.** 7. f. Porro cornua decem ipsius regni decem reges erunt, & aliis post eos consurget, & ipse poterior erit prioribus et tres reges humiliabit. g. Et sermones contra excelsum loquetur, & sanctos altissimi contrectet. Et putas quod possit mutare tempora & leges, & tradetur in manu eius vobis ad tempus & tempora & dimidiat temporis. **Matth.** 24. a. Videte ne quis vos seducat: Multi enim venient in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus, & multos seducent. **Ioan.** 5. g. Ego veniam in nomine patris mei, & non accepistis me. Si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. 2. **Thessa.** 2. a. Rogamus autem vos fratres per aduentum domini nostri Iesu Christi & nostræ congregationis in ipsum ut non cito moqueamini à vestro sensu neque

que terreamini, neque per spiritum, neque per sermonem neque per epistolam tanquam per nos missam, quasi initet dies domini. Ne quis vos seducat vlo modo. Quoniam nisi venerit dissensio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur deus, aut quod colitur, ita ut in templo dei se deat ostendens se tanquam sit deus. Nun retinetis qd cum adhuc essem apud vos, hæc dicebam vobis: Et nunc qd detineat sensus, vt reueletur in suo tempore. Nam mysterium iam operatur iniquitatibus: tantum ut qui teneat nunc teneat, donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus. c. Cuius est aduentus secundum operationem Satanæ, in omni virtute & signis & prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitatis, his qui pereunt, eo qd charitatem veritatis non receperunt, vt salvi fierent. Ideo mittet illis deus operationem erroris, vt credant mendacijs, vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed concenserunt iniquitati. **Ioann.** 2. c. Hic est Antichristus qui negat patrem & filium. **Apoc.** 13. c. Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra, & fecit signa magna, vt etiam ignem faceret de celo descendere in terram in conspectu hominum. Et seduxit habitantes in terra propriæ signa quæ data sunt illi facere.

III. Miserabilem egressum **Esaia.** xx. a. Et percussiet terram virga oris sui: & spiritu labiorum suorum interficiat impium. **Ezech.** 38. g. Et iudicabo eum peccato, & sanguine & imbre vehementi & lapidibus immensis. Ignem & sulphur & pluviam super eum, & super exercitum eius, & super populos multos qui sunt cù eo. Et magnificabor & sanctificabor, & notus ero in oculis multarum gentium, & scient quia ego sum dominus. 19. a. Ecce ego super te Gog principem capitis Mosoch & Tubal, & circumgange te, & educante, & ascendente faciam ex lateribus aquilonis & adducam

Adducem te super montes Israel. Et percutiam arcum tuum in manu sinistra tua, & sagittas tuas de manu dextera tua destricam. Super montes Israel cades tu & omnia agmina tua: & populi tui qui tecum sunt. b. Et immittam ignem in Magog & in his qui habitant in insulis confidenter. Et erit in die illa, dabo Gog locum nominatum scilicet palchrum Israel, vallem viatorum ad orientem maris, quae obliup. scere faciet praterentes, 2. Thessa. 2. c. Quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui: & destruet illustratione aduentus sui, Apo. 19. d. Et apprehensa est bestia, & cum ea pseudopropheta, qui fecit signa coram ipsa, quibus seduxit eos qui acceperunt chara eternam bestiam, & qui adorauerunt imaginem eius. Viui missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis & sulphuris, & ceteri occisi sunt in gladio sedentis super equum, qui procedit de ore ipsius. 20. c. Et descendit ignis a deo de celo, & devorauit eos: & diabolus qui seduebat eos missus est in stagnum ignis & sulphuris, ubi & bestia & pseudopropheta cruciabantur die secundum infecula seculorum.

I **C**onuersus apostoli adeo vocatur, Mat. 4. c. Ambulans autem Iesus iuxta mare Galilaeum vidit duos fratres Simonem qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius mittentes rete in mare. Erant enim pescatores, & ait illis: Venite post me faciam vos scripi pescatores hominum: at illi cotinuerunt relictis retibus secuti eum, d. Et procedens inde, Marc. 1. b. Et fratribus fecus mare, Et progressus inde pulchrum, vidit alios duos fratres Jacobum Zebedaeum & Ioannem fratrem eius in nauem cuius Zebadeo patre eorum scripientes retia sua, & vocauit eos. Ille autem statim relictis retibus & patre secuti sunt eum, Joan. 1. e. Altera die iterum stabat Joannes, & ex discipulis eius duo. Et respiciens Iesum ambulantem dicit: Ecce agnus dei, Et audierunt eum duo discipuli loquentem & secuti sunt Iesum.

I **C**um nudo segregatur, Isa. 8. d. Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi dies in legum eccl. potestatu in Israel, a dño exercitu qui habet terram monte Syeni, Mar. 3. b. Et a cedens in monte, vocauit ad se eum, qui luit ipse, & venient ad eum: Et fecerunt ut essent duodecim cum cuius illo, & ut mitteret illos praedicare, Luke. 6. b. Et cum dies factus esset vocauit discipulos suos, & esse leg. r. duodecim ex iis, quos & apostolos nominavit. Joan. 6. g. Nonne ego vos duodecim elegi, & unus ex vobis diabolus es? 13. c. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui ut eatis & fructum afficeratis, & fructus vester maneat, Rom. 1. a. Per quem accipimus gratiam & apostolatum ad obedientiam fidei in omnibus gentibus pro nomine eius.

I **C**euangelico officio depuratur, Matt. 10. a. Et conuocatis duodecim discipulis suis dedit illis potestatem spirituum immundorum ut ejecerent eos, & curarent oem languorem & omnem infirmitatem. Hos duodecim misit Iesus praepiciens eis, & dicebat: Euntes autem praedicate dicentes, quia appropinquabit regnum celorum, Infirmos curate, mortuos suscitare, leprosos infundere, dæmones excicte; gratis accepistis, gratis date. Marc. 6. a. Et vocauit duodecim: & ceperit eos mittere binos, Luke. 9. a. Conuocatis autem Iesu duodecim apostolis, Io. 10. e. Sicut misit me pater, & ego mitto vos. 2. Cor. 5. Pro Christo legato fungimur tanquam deo exhortante per nos: observamus pro Christo reconciliacioni deo. 10. c. Nam & si amplius aliquid gloriatu s fuero de potestate & osira quam dedit nobis dominus in aedificatione, & non in destructione vestram: non erubescam. 11. c. Ideo enim hec absens scribo, ut non durius agam, secundum potestatem quam dominus dedit mihi in aedificationem & non in destructionem.

I **C**onuersa apostata peruerso regit, Pro. 6. b, 10. apostata

I apostata vir inutilis, graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum & omni tempore iurgia seminat.
II Dure punitur, Prouer. 6. b. Huic exemplo vesciet perditio sua, & subito conteretur, nec habebit ultra medicinam.

I **A**rbor Ex fructu probatur, Matth. 7. c. Non potest arbor bona malos fructus facere, neq; arbor mala bonos fructus facere, 12. c. Aut facite arborum bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborum malam, & fructum eius malum. Siquid ex fructu arbor cognoscitur, Lucas 6. g. Non est enim arbor bona quae facit fructus malos: neq; arbor mala faciens fructum bonum. Vnaque enim arbor, defructu suo cognoscitur. Neq; enim de spinis colligunt fructus: neq; de tubo vindemiant vuam.

II **B**ona commendatur Psalm. 1. a. Et erit tanquam lignum quod plantatum est securus decursus aeriarum: quod fructum suum dabit in tempore suo. Et folium eius non defluet, 51. b. Ego autem sicut oliva fructifera in domo dei, 91. c. Iustus ut palma florabit sicut cedrus libani multiplicabitur, f. Plantati in domo domini in atris domus dei nostri. Hiere. 17. b. Benedictus vir qui confidit in domino, & erit dominus fiducia eius. Et erit quasi lignum quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas: & non timebit cum venerit ventus. Et erit folium eius viride, & in tempore siccitatis non erit sollicitum, nec aliquando desinet facere fructum, Ezech. 47. c. Et super torrentem orietur in ripis eius, ut raga parte omne lignum pomiferum, Nō defluet folium ex eo, & non deficit fructus eius. Ose. 14. d. Ephraim quid mihi ultra idola, ego exaudiam, & dirigam eum ego ut abjetem viritem: ex me fructus tuus invenitus est. Matth. 7. c. Sic omnia arbor bona fructus bonos

bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit. **III** **M**ala reprobatur, Sap. 4. a: Multigena aurum. Adulterium e. Ecc. 6. a: Non te extollas in cogitatione animae tue, velut taurus, ne elidatur virtus tua per fulvitudinem: & folia tua comedat, & fructus tuos perdat & relinquaris, velut lignum aridum in erosione, Ezechie. 17. g. Et scient omnia ligna regionis quae ego dominus humiliavi lignum sublimi, & exaltaui lignum humile, & secuai lignum viride, & frondes recte feci lignum aridum: Ego dominus locutus sum & feci, Matthaei 3. c. Iam enim securis ad radicem arborum posita est: Omnis ergo arbor quae non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur, 7. c. Mala autem arbor mala fructus facit: Omnis arbor quae non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur, 21. b. Mane autem reuertens in ciuitatem eius regni. Et videns sibi arborem unam securus viam venit ad eam, & nihil inuenit in ea nisi folia tantum, & sic illi: Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum. Et artefacta est continuo sculnea, Luc. 13. a. Arbor sibi habebat quidam plantatam in vinea sua & venit querens fructum in ea & non inuenit. Dixit autem ad cultorem vineae. Ecce anni tres sunt ex quo veniam querens fructum in hac sculnea, & non inuenio. Succide ergo illam. Ut quid etiam terram occupas? At ille respondens ait illi: Domine dimitte illam & hoc anno: usque dum fodiam circa illam & in tecum stet cora. Et si quidem fecerit fructum: sin autem in futurum succides eum.

I **C**orona spiritualia Congrua, Iob 29. c. Iustitia induitus sum & vestiui me sicut vestimento & diademate iudicio meo, Sap. 5. d. Et accipiet armatum zelus illius, & armabit creaturam ad ultionem inimicorum, Induet pro thorace iustitiam, & accipiet pro galea iudicium certum. Sumet scutum inextrem pugnabile

pugnabile æquitatem, Esa. 59. d. Indutus est iustitia ut lorica, & galea salutis in capite eius. Indutus est vestimentis virtutis, & opertus est quasi pallio zeli, Rom. 6. c. Sed neq; exhibeat is membra vestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete vos deo, tanquam ex mortuis viventes, & membra vestra arma iustitiae deo. 13. d. Abiçiamus ergo opera tenebrarum & in diuini arma lucis, sicut in die honeste ambulemus. Ephe. 6. c. State ergo iuccineti lumbos vestros in veritate, & induit loricam iustitiae & calciat pedes in præparationem euangelij pacis. In omnibus sumemus scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissimæ lignæ extinguere, & galeam salutis assumere, & gladium spiritus quod est verbum dei, 1. Thess. 5. b. Nos autem qui diei sumus sobri sumus: induit loricam fidei & charitatis, & galeam spem salutis: quoniam non posuit nos deus in iram, sed in acquisitione salutis per dominum nostrum Iesum Christum. 2. Timo. 2. a. Nemo militans deo implicat se negotijs secularibus, vt ei placeat cui se probauit.

II ¶ Vtilia, 2. Corin. 6. b. Per arma iustitiae à dextris & sinistris. 10. b. Nam arma militis nostræ non carnalia sunt, sed potestia deo ad destructionem munitionum consilia destruente, & omnem altitudinem exaltentem se aduersus scientiam dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, Ephe. 6. b. De cætero fratres confotamini in domino, & in potentia virtutis eius, Induite vos armaturam dei, vt possitis stare aduersus insidiias diaboli, quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum contra spiritalia nequirit in coelitibus, c. Propterea accipite armaturam dei vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. 2. Timo. 2. b. Nam & qui certat in agone, non coronabitur nisi

filigris

filegrite certauerit, 4. b. Bonum certamen certauerit, cursum cōsummavi, fidem seruavi, In reliquo reposata est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Non solum autem mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius.

C A S C E N S I O C H R I S T I.

I ¶ **C**lischio Christi Multipliciter præfiguratur, utpote in arcæ reductione. 2. Reg. 6. b. Et habuit arca domini in domo Obededom Gethæ. In Helice assumptione. 4. Reg. 2. a. Factum est autem cum leuare vellet dominus Heliam.

II ¶ Honorabiliter consummatur, Psalmo 18. 2. A summo celo egressio eius & occursum eius usque ad summum eius. 46. b. Ascendit deus in iubilo, & dominus in voce tubæ. 67. g. Pfallite deo qui ascendit super colum cœli ad orientem, Esa. 63. a. Quis est iste qui venir de Edom tinctus vestibus de Bosra? Iste formosus in stola sua gradiens in multitudine fortitudinis suæ, Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum. Marc. 16. d. Et dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in cœlum, & sedet a dextris dei, Luc. 24. g. Eduxit autem eos foras in Bethaniam, & eleuatis manibus suis benedixit eis. Et factum est dum benediceret illis recessit ab eis & ferebatur in cœlum. Ioan. 3. b. Et nemo ascendit in cœlum nisi qui descendit de cœlo filius hominis qui est in cœlo. 20. d. Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum, deum meum & deum vestrum, Ephe. 1. d. Suscitans illum à mortuis & constitueris ad dexteram suam in cœlestibus super omnem principatum & potestatem & virtutem & dominationem & omnime nomen quod nominatur nō solù in hoc seculo, sed etiam in futuro. Act. 1. a. Et cum dixisset videtibus illis eleuatus est: & nubes suscepit eum ab oculis

C 2 eorum.

torum. Cumq; intuerentur in celum euntem illum, ecce duo viri ait. t. runt iuxta illos in vestibus albis qui & dixerunt. Viri galilæi quid statis aspicientes in celum? Hic Iesus qui assumptus est à vobis in celum, si venier quemadmodum vidistis eum. cuncte in celum.

III ¶ Virtualiter operatur, M. ch. 2. d. Ascendet enim pàndens iter ante eos: Diuident & transibunt portam & egredientur per eam. Et transibit rex eorum coram eis & dominus in capite eorum, Ioan. 3. f. In nouissimo aurem die magno festiuitatis stabat Iesus & clamabat dicens, Si quis sicut veniat ad me & bibat. Qui credit in me sic dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de spiritu, quem accepti erant credentes in eum. Nondum enī erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat g̃orificatus, Eph. 4. b. Vnicū q; autem nos strum dara est gratia secundum mensuram donacionis Christi propter quod dicit. Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Quod aurem ascendit quid est nisi quia descendit primum in inferiores partes terræ. Qui descendit ipse est & qui ascendit super omnes celos, ut adimpleret omnia, Heb. 9. f. Nō enim in manu facta fata Iesu introiit exemplaria verorum, sed in ipsum celum ut appareat nunc vultui dei pro nobis. x. Per. 3. d. Quod & vos nunc sim: lis formæ saluos facit baptisma non carnis depositio cordium, sed conscientia bonæ interrogatio in deum, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, qui est in dextera dei, deglutiens mortem ut vita æternæ hæredes efficiemur: profectus in celum subiectis sibi angelis & potestas tibus & virtutibus.

I ¶ Astrologia Quædam humana, Gene. 1. b. Fiant luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem

diem ac noctem, & sint in signa, & tempora, & dies, & annos: & luceant in firmamento cœli & illuminent terram, s. d. Cunctis diebus terræ sementis & messis, frigus & aëstus, hyems & zetas, nox & dies non recesscent, Deu. 4. c. Ne forte eluat oculi s. ad cœli videoas solem & lunā & omnia astra cœli, & errore deceptus adores ea & colas, quæ dominus deus tuus creauit in ministerium cunctis gentibus quæ sub caelo sunt, Psalm. 135. a. Qui fecit luminaria magna. Sol in potestate diei, lunam in potestate noctis, Eccl. 33. a. Quare dies diem superat, & iterum lux lucem, & annus annum a sole. A domini scientia separati sunt facta sole & præceptum custodiēt: per dei sapientiam diuiduntur, 43. a b c. per totum, Esa. 30. f. Et erit lux iunxæ sicut lux solis, & lux ois erit iepicē pliser, sicut lux septem dierum: in die qua alligauerit dñs vulnus populi sui: & percussuram plagæ eius sanauerit, Lucæ 22. g. Dicebat autem ad turbas. Cum videbatis nubem orientem ab occatu, statim dicitis nimbus venit, & ita sit: & cum austrum fiantem, dicitis quia aëstus erit, & sit.

II ¶ Quædā vana, Esa. 44. d. Ego sum dñs faciens omnia, extendens celos solus, stabiliens terrā &, nullus mecum, irrita faciens signa diuinorū, & anulos in furore cōuertens, Cōcurrit sapientes retrorū, & scientia eorum stultam faciens. 47. d. Defecisti in multitudine confilioz tuorū. Steni & saluent te augures carli, q; contemplabatur sydera, & suppudabat menses, ut ex eis annūciant ventura tibi. Ecce fæti sunt quali stipula, ignis cōbussit eos. Non liberabit anima sua de manu flammæ, Hier. 10. a. Iuxta vias gentium nolite dicere, & à signis cœli nolite metuere, quæ timent gentes, quia leges populorū vanæ sunt.

I ¶ Avaritia Firmiter prohibetur, Luc. 12. b. Vide et caute ab omni avaritia, q; non in abu-

Santia cuiusquam vita eius est ex his quæ possidet. Ephes. 5.a. Fornicatio autem & omnis immundicia aut auaritia nec nominetur in vobis sicut decet sanctos. Hebre. 13.a. Sunt mores sine auaritia contenti presentibus. Ipse enim dixit: Non te deseram, neq; derelinquam.

II ¶ Turpiter exercetur: quia deum irritat, Esaiæ 57. d. Propter iniquitatem auaritiae eius iratus sum & percussi eum. Abscondi a te faciem meam & indignatus sum. Et abiit vagus in via cordis sui. Luc. 16. d. Audiebant hæc omnia pharisei qui erant auaritiæ deridebant eum. 1. Timo. 6.c. Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Tu autem o homo dei hæc fuge.

III ¶ Affectum inflamat, Psalmo 118.e. Inclina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiam. Prou. 27.c. Infernus & perditio nunquam impletur: similiter oculi hominum insatiabiles, Ecclesiastes 5.b. Avaritus non implebitur pecunia & qui amat diuitias frustum non capiet ex eis. Ecclesiastes 14.b. Insatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis, non satiabitur donec cōsumat arefæcis animam suam. Oculus malus ad mala, non satiabitur pane indigens. Xin tristitia erit super mēsam suam. Elia. 55.d. Oés in viam suā declinaverunt, vñusquisq; ad auaritiam suam à summo usque ad nouissimum. Hiere. 4.c. A minore quippe usq; ad maiorem omnes auaritiae student, & à propheta usq; ad sacerdotem, cuncti faciunt dolum. 8.d. Quia à minimo usque ad maximum omnes auaritiam sequuntur, Ephe. 4.e. Qui desperantes semetipsos trahiderunt impudicitæ, in operationem immundicie omnis, in auaritiam. 1. Petri 2.c. Cor exercitatum in auaritia habentes.

IV ¶ Proximum supplantar: Sic Iezabel ad habendam vineam Naboth, ipsum per falsos testes occidi fecit.

fecit. 5. Reg. 17.a. Post verba autem hæc tēpore illo: Prou. 7.a. Sic semita omnis auarii, animas possidentium rapiunt. Sic Judas dñm triginta argenteis vendidit, Math. 26.b. Tunc abiit vñus de duodecim. Iac. 4.a. Vnde bella & lites in vobis? Nonne ex concupiscentijs velitrjs quæ militant in membris vestris? Cōcupiscentijs & non habetis, occiditis & zelatis & non poteritis adipisci. Litigatis & belligeratis & non habetis proper quod nō postulatis. Postulatis & non accipitis: eo quod male petatis, vt in cōcupiscentijs vestris insinuatis.

V ¶ Ipsum aurum infamat. Prou. 15.b. Melius est parvum cum timore dñi, q; thesauri magni & insatiabilis. d. Cōturbat domū suam qui leccatur auaritiam. Eccl. 10.b. Auaro autē nihil est iccleitus, Nihil est ini quis q; amare pecunia: hic enī animā suam venale habet, qm in vita sua proiecit intrinca sua. 31.a. Qui avarū diligi non iustificabitur, Multi dati sunt in avaricias: & facta est in specie ipsius perditio illorum. Lignum offensionis est aurum sacrificantiū, vñ illis q; leccantur illad, & omnis imprudēs deperiet in illo.

VI ¶ Grauter punitur Amos 9.a. Vidi dominum stantem super altare, & dixit: Percute cardinē & cōmoueantur superluminata. Auaritia enim in capite omnium, & nouissimum eorum in gladio interficiā. Abacuc. 2.c. Vt qui congregat auaritiam malam domini suæ, vt sit in excelsō nidus eius, & liberari se putat de manu malitiae. Cogitasti cōfusionem domui tue, coincidisti populos multos, & peccauit anima tua. Quia lapis de pariete clamabit & lignum quod inter innellas ædificiorum est respondebit. Judas se pñm laqueo interfecit. Mat. 27.a. Et protectis argenteis in templo, recessit & abiens laqueo se suspedit. 1. Cor. 6.b. Neq; auari regnum dei possidebūt. Ephe. 5.b. Hoc enī scitore intelligent quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus,

non habet hereditatem in regno Christi & dei.

I **C**luditus spiritualis. Iob 12. b. Nonne auras verba dijudicat? 4. a. Auris enim verba probat, Psal. 54. b. Auditā quid loquatur in me deus, quoniam loqueretur pacē in plebem suā. Et super sanctos suos. Ezec. 3. g. Qui audit audiat, Mat. 13. a. Qui habet aures audienti audiat. b. Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes non vidēt, & audiētes nō audiūt neq; intelligūt, ut ad impleatur in eis prophētia Esaiae dicitur: Auditu audietis, & nō intelligetis, & videntes videbitis, & nō videbitis. In crassatū est cor ppst. huius, & auribus grauitate audierit, & oculos suos clauserunt, nequādo videat oculis, & auribus audiant, & corda intelligent, & conuertantur & sanem eos. Vestri autem beati oculi quia vident, & aures vestre qā audiunt, Marci 4. b. Qui habet aures, Vobis datum est. c. Si quis habet aures audiēdi audiat. Et dicebat illis: Videte quid audiatis.

II **C**luditus corporalis ordinādus, Ecc. 32. b. Audi tacens & pro reuerentia accedit tibi bona gratia. **III** **C**Malus declinandus, Eua serpentem audiens in peccati incidit cōsensum & actum, Gen. 3. a. Sed & serpens, Eccles. 7. c. Sed & cunctis sermonibus, qui dicuntur, ne accōmodes cor tuum, ne forte audias seruum maledicentem tibi. Scit enim conscientia tua, qā tu crebro maledixisti alijs: Eccl. 18. d. Sepi aures tuas spinis, & linguā nequā noli audire, & ori tuo facio ostia, & seras auribus tuis. 1. Cor. 15. d. Corrūpunt mores bonos colloquia mala. Act. 17. e. Athenienses autem omnes & aduenie hospites, ad nihil aliud vagabant nisi aut dicere aut audire aliquid noui.

I **C**Attēsio ad eo Peruersitate humana peragitur, Deuterono. 32. c. Dereliquit deum factorem suum, & recessit a deo salutari suo. Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus es domini creatoris tui.

Sapi.

Sapi. 1. a: Peruersitate enim cogitationes separant à Deo Eccl. 1. a: Filios enatui & exaltauit, ipsi autem spuerunt me, 59. c: Multiplicata sunt enim iniuriae nostra coram te, & peccata nostra respondeunt nobis. Quia sclera nostra nobiscum & iniuriae nostras cognoscimus, peccare & mentiri contra dominum Et auersi sumus ne iremus post tergum dei nostri ut loquemur calumniam & transgressionem: concepiimus & loquimur sumus de corde verba mendacij, & contumeliam est retrosum iudicium & iustitia longe stetit. Quia corruit in plateis veritas: & aquilas non potuit ingredi. Et facta est veritas in obliuionem: & qui recessit a malo, predice patuit, c. d: Quare errare nos fecisti de vijs tuis domine, indurasti cor nostrum ne timeremus te. Hieremi. 2. a: Quid inuenerunt patres vestrei in me iniurias, quia elongauerunt à me, & ambulauerunt post vanitatem & vani facti sunt. Et non dixerunt vbi est dominus, c: Duo enim mala fecit populus meus. Me dereliquerunt fontem aquae vivae, & foderunt sibi cisternas qā continere non valent aquas, e: Et dixisti desperavi, nequaquam faciam. Adamaui quippe alienos, & post eos ambulabo, f: Quid vulpis mecum iudicio contendere? Omnes dereliquisti me dicit dominus, 15. b: Quis enim miserebitur tui Hierusalem? aut quis contristabitur pro te? aut quis ibit ad rogandum pro pace tua? Tu reliquisti me, dicit dominus, retrosum abisti, laborauit rogans. Danie. 3. c: Peccauimus enim, & iniqui egimus recedentes a te, delinquimus in omnibus, & præcepta tua non audiuimus nec obseruauimus, nec fecimus sicut præceperas nobis vt bene nobis esset, Luc. 15. c: Homo quidam habebat duos filios, & dixit adolescentiiori patri suo: Pater da mihi portionem substantiae, qā me contingit. Et diuinit illis substantiam. Et nō post multos dies, congregatis omnibus adolescentioribus peregre profectus est in regionem longinquā,

C 5 & ibi

& ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxurio²
sc,Apo. 2. a, Sed habeo aduersum te pauca, q̄ charita
tem primam reliquisti.

II ¶ Acquitate diuina punitur. Hinc dixerunt Ru
benites, Iosu. 22. f. Absit a nobis hoc scelus ut receda
mus a domino, & eius vestigia relinquamus, 24. e. Si
dimiseritis dominum, & seruieritis diis alienis, cōuerteret se
& affliget vos, atq; tubueret post q̄ vobis p̄sererit bo
na, Iudic. 10. c. Afflatusq; est Israel nimis, & clamans
tes ad dñm, dixerunt: Peccauimus tibi, q̄a dereliqui
mus te dñm deum nostrum, 2. Para. 15. a. Si quiseritis
dñm inuenietis: si aut̄ dereliqueritis eū, derelinquet
vos, Hiere. 2. d. Scito & vide quia malum & amarum
est, & reliquise te dñm deum tuum, & non esse timorē
eius apud te, dicit dñs deus exercituum, A seculo cō
fregisti iugum meum, rupisti vincula mea, & dixisti:
Non serua, f. Verterunt ad me tergum & nō faciē, &
in tempore afflictionis fug diceret: Surge & libera nos
Vbi sumus dñs tui quos fecisti tibi? Surgent & liberent
te in tpe afflictionis tua, 17. b. Domine oēs qui te de
zelinquunt confundentur, recedētes a te in terra scri
bentur, qm̄ dereliquerunt venam aqua, viuentū
dominum, Ose. 7. d, V̄ eis quoniā recesserunt a me
7. c, Sed & v̄ eis cum recesserō ab eis.

¶B.

Baptizatio Christi à Ioanne, Matt. 3. d
Tunc venit Iesu à Galilaea in Iordanē ad Io
annem ut baptizaretur ab eo. Ioannes autem
prohibebat eum dicens: Ego à te debeo baptizari, &
tu venis ad me? Respondens autem Iesu, dixit ei: Si
ne modo. Sic enim decet nos implere omnem iustitiam.
Tunc dimisit eum, Marc. 1. b, Et factum est, Luc. 3. d
Factum est autem cum baptizaretur omnis populus,
& Iesu baptizato, & orante apertum est colum, & de
scendit sp̄issancus corporali specie sicut colubā in
ipsum

ipsum, & vox de celo facta est: Tu es filius meus di
lectus, in te complacuit mihi.

II ¶ Baptismus Ioānis ad Christū inducebat, Matt.
3. b, Tunc exhibat ad eum Hierosolyma, & oīs regio
circa Iordanē, & baptizabantur ab eo cōfidentes p̄tā
sua, c. Ego quidem baptizo vos aqua in p̄enitentiā,
q̄ autem post me v̄etur est fortior me est, cuius nō
sum dignus calciamenta portare. Ipse vos baptizabit
in sp̄iancto, & igni, Mar. 1. a, Et egrediebatur, b. Ego
baptizauī, Lu. 3. a, Et venit in oēm regionem, c. Ego
quidem, 20. a. Respondens aut̄ Iesu: Baptismus Ioā
nnis de celo erat an ex homib⁹, Ioan. 1. d, Ego ba
ptizo in aqua. Post me venit vir qui, Act. 1. a, q̄a Ioan
nes quidem baptizauī aqua, vos aut̄ baptizabimini
sp̄iancto non pos̄ multos hos dies, 19. a, Dixit autē
Paulus: Ioannes baptizauī baptismō p̄enitentiæ po
pulum dicens in cum qui v̄enturus esset post ipsum,
vt crederent, hoc est, in Iesum.

III ¶ Baptismus quomodo pr̄figuratur per tran
stūm maris rubri, Exo. 14. c, Cumq; extendisset Mo
ses manū suam, Eze. 47. a, Et conuerit me ad por
tam domus, & ecce aqua egrediebatur subter limen
domus ad orientem, b, Et sanabuntur & viuent om
nia ad quā venerit torrens, 1. Cor. 10. a, Nolo enim
vos ignorare fratres quoniā patres nostri omnes sub
nube fuerunt, & omnes mare transferunt, & omnes
in Mose baptizati sunt in nube, & in mari, 1. Petr. 3,
Quod & vos nunc, Ascensio 3.

IV Quid operatur, Ezecl. 36. e, Et effundam su
per vos aquam mundam, & mundabitimi ab omni
bus inquinamentis vestris: & ab idolis vestris mun
dabo vos. Et dabo vobis cor nouum, & sp̄m nouū po
nam in medio vestri: & auferam cor lapideū de carne
vestra, & dabo vobis cor carneum, & sp̄m meū ponā
in medio vestri. Et faciā vt in p̄ceptis meis ambuletis
& iudi-

& iudicia mea custodiatis & operemini, *Zacha.* x. 12
In illa die erit fons pacis domini David & habitato-
ribus Hierusalem in ablutione peccatoris & men-
tiri, *act.* Marc. 16. d: Qui crediderit, & baptizatus fue-
rit, saluus erit, *Ioan.* 3. e: Et ego nesciebam eum, sed q
mitit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem
videris spiritum descendenter, & manente super
eum, hic es qui baptizatur in spiritu sancto, *Ephes.* 5. e:
Sicut Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit
pro ea, ut illam sanctificaret mundans eam lauacio
aqua in verbo, *Titum.* 3. b. secundum suam misericor-
diam salvos nos fecit per aquarum regenerationis,
& renovationis spiritu sancti, *Actuum.* 22. d: Exurge
& baptizare, & ablime peccata tua inuocato nome
mei ipsius.

V Qualiter rite datur, *Matth.* v. 11. d: Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine
patris & filij, & spiritu sancti: docentes eos seruare
omnia quaecumque mandavi vobis, *Mar.* 16. d: Euntes
in mundum, *Ioan.* 3: Amen amen dico tibi, nisi quis
renates fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest
intrare in regnum dei, *Eph.* 4: Vnde dominus, ve-
na fides, vnum baptisma, *Actu.* 11. b: Cum autem esse
passim loqui, cecidit spiritus sanctus super eos, sicut
& in nos in initio. Recordatus sum autem verbi do-
mini sicut dicebat: *Ioannes* quidem baptizauit aqua
vos autem baptizabimini spiritu sancti.

VI Quid nobis per ipsum spiritualiter figuratur
Roman. 6. 3: An ignoratis factes quia quicumque bat-
prizati lumen in Christo Iesu, in morte ipsius baptis-
zati sumus. Concupisti enim sumus cum illo per bat-
prismum in mortem, ut quo modo Christus surrexit
a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate
vitæ ambulamus, *Corinth.* 15. b: Etenim in uno spi-
ritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus,
Gala. 3. d: Quicumque enim in Christo Iesu bat-
pizati

eritis

eritis Christum induistis, *Colof.* 3. b, Concepulti ei in
baptismo, in quo & resurrexisti per fidem operatio-
nis dei, qui suicitavit illum a mortuis.

I **B**eatitudo Eminentia inestimabilis,
& hoc ex praeterea omnibus boni, *Psalm.* 10. b: Satis-
bor cum apparuerit gloria tua, *ze. d:* Credo videre
bona domini, in terra uiuentium, *13. f:* Quam magna
multitudine dulcedinis tuæ domine, quam absconditi
timencibus te, *33. a. b:* Inebriabantur ab ubertate doc-
sus tuæ, & torrente volupatis tuæ porabis eos.
Quoniam apud te est fons vita, & in lumine tuo vi-
debitur lumen, *33. a:* Beati qui habitant in domo tua
domine, in secula seculorum laudabunt te, *Ecc. 42. d:*
Et quis satiabitur videns gloriam eius, *Esa.* 25. c: Et
faciet dominus exercituum omnibus populis in iudea
te hoc conuiuum pinguum, conuiuum vindemiarum
conuiuum pinguum medullatorum, vindemias des-
ficiant, *33. c:* Regem in decoro suo vidibunt, *d:* Re-
spice Syon ciuitatem solemnitatis nostræ. Oculi tui
videbunt Hierusalem, habitationem opulentam, ras-
bernaculum quod nequam transferri poterit, *35.*
d: Et ambulabunt qui liberati fuerint, & redempti a
domino: conuertentur & venient in Syon cum lau-
de & laetitia sempiterna super caput eorum. Gaudi-
um & laetitiam obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus,
51. b: Gaudium & laetitia inuenientur in ea, gratias
rum actio & vox laudis, *d:* Et nunc qui redempti sunt
a domino, reuertentur & venient in Sion laudantes
& laetitia sempiterna super capita corum. Gaudium
& laetitiam obtinebunt, fugiet dolor & gemitus. Ego
ego ipse confortabor vos, *66. d:* Non erit tibi amplius
sol ad lucendū per diem, nec splendor lunæ illumina-
bit te, sed erit tibi dominus in lucem sempiternam &
deus tuus in gloriam tuam, & luna tua non minue-
tur, quia dominus tuus erit tibi in lucem sempiternam
& com-

Ecce plebuntur dies luctus tui. Populus autem tuus oes iusti in perpetuum hereditabunt terram. Non occidet ultra sol tuus. 64.b, A seculo non audierunt, neq; auribus perceperunt. Oculus non vidit deus absq; te quae preparati expectantibus te. Occurristi latenti & facienti iustitiam, Lu. 14.c, Beatus qui manducabit panem in regno dei, 22.c, Et ego dispono vobis, sicut dispositi mihi pater meus regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, Ioan. 1.e, Iterum video vos & gaudebit cor nostrum, & gaudium vestrum nemo tolleret a vobis, 17.a. Hac est autem vita eterna, ut cognoscatis te solum deum verum, & quem misit Iesum Christum, 1.Cor. 2.b, Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit: quae preparauit deus his qui diligunt illum. Nobis autem reuelauit per spiritum suum, 1.Iohan. 3.a, Chariotti nunc filii dei sumus: & nondum apparuit, gd erimus. Scimus qm cū apparuerit, similes ei erimus quoniam videbimus eum sicuti est.

III ¶ Ex absencia omnis mali, Psal. 114.b, Conuertere anima mea in requiem tuam, quia dominus benefecit tibi. Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos a lachrymis: pedes meos a lapsum. Placebo domino in regione viuorum, Esa. 25.c, Et præcipitabit in monte isto faciem vinculi colligati, super omnes populos, & telam quam orditus est super omnes nationes. Præcipitabit mortem in sempiternum. Et auferet dominus deus lachrymam ab omni facie, 49.c, Non esurient neq; sitiens, & non percutient eos astus & sol, quia miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos, 60.d, Non audietur ultra iniq;tas in terra tua, vastitas & contritio in terminis tuis: & occupabit salus muros tuos, & portas tuas laudatio, 61.c, Propter hoc, hæc dicit dominus. Ecce serui mei comedent, & vos esurietis. Ecce serui mei bibent, & vos sitiatis. Ecce serui mei latrabuntur, & vos confundentis.

fundemini. Ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, &c; tristis spis vulnib;is. Ecce enim ego creo celos novos & terram nouam: & non erunt in memoria priora, & non ascendent super cor, sed gaudebitis & exultabitis vsq; in sempiternū in his quæ ego creo. Quia ecce ego creo Hierusalem exultationem & populum eius gaudium, & exultabo in Hierusalem, & gaudebo in populo meo, & non audietur in ea ultra vox fictus & clamoris, Apo. 7.d, Non esuriēt neq; sitiens amplius, 21.b, Et absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum, neq; cadet super illos sol neq; eftus, qm agnus qui in medio throni est reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum.

III ¶ Differentia variabilis. Non enim oīm æqualis gloria, Matt. 13.f, Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui, 1.Co. 15.f, Sed alia claritas solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellar; Stellæ enim differt a stella in claritate, si & resurreccio mortuorum, Phil. 3.d, Saluator enim expectamus diuinum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configurationum corpori claritatis suæ, secundum operationem virtutis suæ: qua etiam possit subiungere fibioia Ioan. 14.a, In domo patris mei mansiones multæ sunt IIII, ¶ Obedientia comparabilis. Nā obediēdo deo ac qui iritur, Esa. 33.c, Qui ambulat in iustitiis, & loquitur veritatē, qui proicit auaritiam ex calunia, & excutit manus suas ab omni munere. Qui obturat aures suas ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos ne videat malum. Iste in excelsis habitabit, d, Populus q; habitat in ea, auferetur ab eo iniq;tas, 60.d, Populus autem tuus oes iusti in ppetuū hereditabit terrā, 64.b, Occurristi latenti, & facienti iustitiam, Matt. 19.b, Mar. 10.b, Lu. 18.b, Magister quid boni faciat ut habeat vitam æternam? Qui dicit ei: Si vis ad vitam ingredi, serua manda, Matt. 23.b, Euge serue bone & fidelis, quia sup paucum fuisti

fueristi fidelis, supra multa te constituta, intra in gaudium domini tui, Iohann. 3. d. Qui credit in filium habet vitam æternam, 17. d. Pater quos dedisti mihi volo ut ubi sum ego & illi sint mecum, ut videant claritatem meam quam dedisti mihi, Roman. 1. b. Gloria autem & honor, & pax omni operati bonum, Apo. 21. g. Non intrabit in eam aliquid coquinatum aut abominationem faciens & mendacium: nisi qui scripti sunt in libro vite agni.

I **C**hellum Prudenter ordinatur, quo ad intentionem, ut sit causa iusta, Nume. 25. d. Hostes vos sentient Madianitæ: quia & ipsi hostiliter egerunt contra vos, 1. Reg. 17. f. Dixit autem David ad Philisteum: Tu venis ad me cum gladio, & hastâ, & clypeo: ego auten venio ad te in nomine domini exercitus, cui exprobasti hodie, & dabis te dominus in manu mea, Ecclesiast. 4. d. Pro iustitia agonizare, pro anima tua: & vobis ad mortem certa pro iustitia & deus expugnabit protre inimicos tuos, Ezec. 25. b. Pro eo quod plausisti manu & percussisti pede, & gauisisti ex toto affectu super Israel. Idecirco ego extendam manum meam super te & tradam te in direptionem gentium, c. Pro eo quod feceris Iudomæa vltionem ut se vindicaret de filiis Iuda, peccauitque delinquens & vindictam expetiuit de eis, extendam manum meam super Iudomæam.

II **C**Quoad prosecutionem, ut in deum fiducia, Exo. 17. c. Moses autem & Aaron & Hur ascenderunt super verticem collis. Cumque leuaret Moses manus vinciebat Israel, Nume. 10. a. Si exieritis ad bellum de terra vestra contra hostes quod dimicant aduersum vos clangentis vulnibus tubis, & erit recordatio vestri coram domino deo vestro, ut eruamini de manibus inimicorum vestrorum, 14. g. Nolite ascendere non enim est dominus vobis cum, ne corruiatis coram inimicis vestris, Deu. 20. a. Si exieris ad bellum contra hostes tuos, & videris equitatus & currus, & maior est tu has

et habeas exercitus multitudinem non timebis eos, quia dominus deus tuus tecum est. Filii Ruben, Gad & dimidiae tribus Manasse habentes fiduciam in domino vicerunt inimicos, 1. Pa. 5. c. Filii Ruben & Gad dixit Iosaphat populo suo, 2. Pa. 20. c. Credite in domino deo vestro, & securi eritis: credite prophetis eius & cuncta euangelia prospera, Sic & Ezechias, 32. b. Et cōvocauit vniuersos in platea portæ ciuitatis, & locutus est ad eos eorum dicens: Viriliter agite & confortamini, nolite timere nec paueatis regem Assyriorum, & veiuersam multitudinem quae est cum eo. Multo enim plures nobiscum sunt quam cum illo. Cum illo enim est brachium carnicum: nobiscum dominus noster, qui auxiliator est noster pugnat pro nobis, Judith. 4. d. Memores estote Moli serui domini, qui Amalech cōfidentem in virtute sua, & in potentia sua non ferro pugnando: sed pīcibus sanctis orādo defecit, Psal. 17. a. Laudans inuocabo dominum, 5. ab. c. Qui docet manus meas ad plūm, 32. d. Non saluat rīx per multam virtutem. Fallax equus ad salutem, 59. c. In Deo faciemus virtutem, & ipse ad, Prouer. 21. d. Equus paratur ad diem belli: dominus autem salutem tribuet. Vnde Iudas ait, 1. Mac. 3. b. Facile est concludi multos in manu paucorum: & non est differentia in conspicere dei eorum liberae in multis & in paucis: quoniam non in multitudine exercitus victoria belli, sed de celo fortitudo est.

III **C**Vt fiat cum consilio & sapientia, Deu. 20. c. Si quando acceleris ad expugnandum ciuitatem, offeres ei primum pacem, d. Quando obcederis ciuitatem multo tempore & cum unitibus circumdederis, ut expugnes eam: non succides arbores de quibus vesici possunt: nec securibus debes per circumitum vastare regionem, quoniam lignum est & non homo: nec potest bellarium contra te augere numerum, Prou. 20. Gubernulis tractanda sunt bella, 21. c. Ciuitate fortissimi ascēdit

D sapiens:

Sapiens, destruxitq; robur fiduciae eius, 24. a. Vir sapiens & fortis est, & vir doctus robustus, & validus quia cum dispositione initur bellum, Eccles. 9. d. Hanc quoq; sub sole vidi sapientiam, & probauit maximam. Ciuitas parua & pauci in ea viri. Venit contra eam rex magnus & vallavit eam, extruxitq; munitiones per gyrum, & perfecta est obsidio. Inuenitq; est in ea vir pauper & sapiens, & liberauit urbem per sapientiam suam. Et dicebam ego meliorem sapientiam fortitudine. Melior est sapientia quamarma bellica, Sap. 4. Melior est sapientia quam vires: & vir prudens q; fortis, Ecc. 28. b. Certamē festinatum incendit ignē & lis festinans effundit sanguinem.

III. ¶ Vtiliter vitatur, Deuter. 2. a. Transibitis per terminos fratrum vestrorum filiorum Esau. Videite ergo diligenter ne moueamini cōtra eos. Cibos emetis ab eis pecunia, & comedetis: aquam emptam haurietis & bibetis, 23. b. Quando egredies fuoris aduersus hostes tuos in pugnā custodies te ab omni re mala, Ecc. 8. a. Non litiges cum homine potente, ne forte incidas in manus illius, 28. b. Abstine te à lite, & minues peccata, Matth. 5. d. Esto consentiens aduersatio tuo cito, dum es ēn via cum eo.

V. ¶ Frequenter oritur ex diuina offensione. Sic dominus transgressoribus legis hostile minatur p̄secutionem, Leuiti. 26. b. Quod si non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea, c. Ponam faciem meam cōtra vos, & corrueris coram hostibus vestris & iubiciemini his, qui oderunt vos, Hieremia. 47. d. O mucro domini vsquequo non quiescessi. Ingredere in vaginam tuam, refrigerare & file. Quomodo quis escet cum dominus p̄ceperit ei, 48. a. Fugite saluante animas vestras, & eritis quasi in rīce in deserto. Pro eo quod habuisti fiduciam in munitionibus tuis & in thesauris tuis, tu quoq; capieris, b. Maledictus q; facit opus domini fraudulenter, f. Quia plus fecit q; potuit

potuit, id circa perierunt, g. Cessabit Moab esse populus quoniam cōtra dominii gloriatus est, 49. a. Quid gloriari in vallisbus, b. Ecce ego inducā super te terrem ait dominus, c. Arrogālia tua decepit te, d. Cū exaltaueris quāli aquila nidum tuum, inde detrahā te, dicit dominus, Ezecl. 29. d. Filii hominis Nabucho donosor seruire fecit exercitum suum seruitute magna aduersus Tyrum, Ecce merces non est redditus ei neq; exercitui eius de Tyro, pro seruitute qua seruit mihi. Ecce ego dabo Nabuchodonosor regem Babylonis in terra Aegypti, & accipiet multicuditē eius & depredabitur manubias eius, & diripiet spolia eius, & erit merces exercitui eius, & operi quo seruuit aduersus eam.

VI. ¶ Humana affectione, Iacobi. 4. a. Vnde bella, Avaritia. 4.

I. ¶ Benedictio Dei in iustos singulariter, Gene. 12. a. Egredere de terra tua & de cognatiōe tua & de domo patris tui: & veni in terram q; monstrauero tibi, faciamq; te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomē tuū, erisq; benedictus, 22. c. Per membris tuū iurauit dñs, q; fecisti hāc rem & non pepercisti filio tuo vnigenito, benedicam tibi 26. a. Et bñdices in semine tuo oēs gētes terre, eo p̄ obedieris Abrāhā vocī meā: & custodierit p̄cepta mea, & ceteromōias legesq; seruauerit. e. Bñdiciā tibi & multiplicabo semē tuū, ppter seruū meū Abrāhā, Psal. 5. c. Qm̄ tu bñdices iusto, 23. b. Innocens manibus & mundo corde, q; non accepit invanū aiām suā. Hie accipiet bñdictionem a dñs, Prou. 10. b. Bñdicio domini super caput iusti, Ecc. 32. c. Qui vigilauerint ad illum inuenient bñdiciōem. Iustos in finali benedicet iudicio, Matt. 25. c. Tū dicet rex his q; a dextris eius erunt. Venite bñdicii patris mei possidete paratū vobis regnum a constitutione mundi, Gala. 3. b. Igitur qui ex fide sunt benedicentur cum fidelī Abraham:

II. ¶ In singulos vtiliter, Gene. x. d. Et creauit deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem dei creauit illi masculum & feminam creauit eos. Benedixitque illis: Crescite & multiplicamini, & replete terram & subiungite eam, & dominaminimis pescibus maris, & volatilibus caeli, & vniuersis animantibus quod mouentur super terram. 9. a. Benedixitque deus Noe, & filius eius & dixit ad eos: Cre scite & multiplicamini, & replete terram, terror vester ac tremor sit super cuncta aialia terre. 17. c. Dixitque deus ad Abrahā, Sarai vxori tua non vocabis Sarai sed Sarā, cui bñdicturus sum. Et benedic ei, & ex illa dabo tibi filium. Sup H: Imael q̄ ipse exaudiui te, ecce bñdic ei, & augebo & multiplicabo eū valde. Propter Iacob bñdixit dñs Laban, Gen. 30. d. Tu nosti quod feruierim tibi, & quāta in manibus meis fuerit possessio tua, modicū habuisti ante quod venire ad te: & nūc diues effectus es: bñdixitque tibi deus ad introitū meū. Sic domini Obededon gethei ob p̄sentia arcæ dñi, 2. Re. 6. c. Nunciaturque est regi, Job. 1. Operibus manū eius benedixisti & possessio eius creuit in terra, 42. c. Dñs autē bñdixit nouissimis Job magis quod principio eius, Pro. 3. d. Habitacula iustorum bñdicentur, Ecc. 11. c. Benedictio dei in mercede iusti festinat, 39. c. Bñdixio illius quasi fluvius inuidabit, Ephe. 1. a. Benedictus deus & pater dñi nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictio spūali in cœlestibus in Christo. **III.** ¶ Benedicere debet homo deum Cordialiter, Psal. 102. a. Benedic aia mea domino, & omnia quae in terra me sunt nomine sancto eius. Benedicta aia mea domino & noli obliuisci, Ecc. 39. d. Et nunc in omni corde, & ore collaudate, & benedicite nomem domini. **IV.** ¶ Humiliter, Tho. 12. d. Bñdixite deū cœli & eorum oibus viuētibus confitemini ei, quod fecit nobiscum mihi suā, Job. 1. d. Dñs dedit dñs abstulit: sicut dñs placuit, ita factum est, sit nomen domini benedictum, Eze. 3. c. Benedicta gloria domini de loco sancto suo

V ¶ Perseueranter,

¶ Perseueranter, Tho. 4. d. Omni tpe benedic deū Psal. 33. a. Benedic dñm in oī tpe semper, Ecc. 32. c. Et hora surgendi nō te frices. Præcurre aut̄ prior in domū tuā & illic lud; & age coceptiōes tuas & nō in delitijs & ybo superbo. Sup his oībus bñdicio dñm qui fecit te & inebriantem te in omnibus bonis suis. 43. d. Benedicentes dominum exalte illum quantum potestis, maior est enim omni laude. Exaltates illum repleamus virtute. Quis videbit eum & enarrabit? & quis magnificabit eum sicut est ab initio?

VI. ¶ Benedicere debet homo homini ordinabiliter Gcn. 14. c. At vero Melchisedech rex Salem proferens panem & vinum (erat enim sacerdos dei altissimi) benedixit ei, & ait, d. Benedictus Abraham deo excelsō qui creauit celum & terrā, & benedictus deus excelsus, 48. c. Benedixitque Iacob filius Joseph & ait: Deus in cuius conspectu ambulauerunt patres mei Abraham & Isaac, benedicat pueris istis, & inuocetur super eos nomē meū: nomina quoq; patrum meō: Abraham, & Isaac, crescant in multitudinem super terram Numē. 8. d. Sic benedicitis filiis Israēl, Benedic tibi dominus, & custodiat te. Ostendat dominus faciem suam tibi, & misereatur tui. Conuertat dominus vultū suum ad te & det tibi pacem. Inuocaburque nomē meū super filios Israēl, & ego benedicā eis, Psal. 77. d. Et benedicentur in ipso omnes, Esai. 66. c. In quo qui benedictus est super terram: benedicetur in deo amen, Heb. 7. b. Sine villa autem contradictione quod minus est à maiore benedicitur.

VII. ¶ Utilest. Non enim paruē est virtutis bene dictio bonorum. Vnde patres vēris testamenti suis diose & filii suis benedicere, & patrum benedictiōes procurare studuerunt, Genes. 27. d. Benedictens ergo illi ait: Det tibi deus de rōre cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti & vini, & seruant tibi populi & adorent te tribus. Qui maledixerit tibi male-

D 3 dictus

dictus erit, & qui benedixerit tibi benedictionibus repleatur, e. Vix Isaac sermonem impleuerat, f. Nungd non seruasti, ait, & mihi benedictionē? Reipondit Isaac, Dñm tuum illum constitui, benedixit ei & erit benedictus, Nu. 23. c. Ad būdicendum adductus sum benedictionem prohibere non valeo, 24. b. Qui būdixerit tibi, erit & ipse benedictus, Ecc. 3. b. Būdicitus patris firmat domos filiorum.

VIII ¶ Virtualiter, qā ob opera virtuosa. Sic Melchisedech Abrahā benedixit reuertēti de cāde Chōdoraomor, & regū qui cīl co erant, Gene. 14. c. Quod cum audisset Abraham. Sic Iahel interficiens Sisara Iudic. 4. d. Tulit itaq; Iahel vxor Aber clauum tabernaculi assūiens pariter & malleum, & ingressa abīcō dito posuit supra tempū capitū eius clauum, percus sumq; malleo deficitū in cerebrū, 5. d. Benedic̄ta inter mulieres Iahel. Sic & Abigail dulcedine eloquij placans Davidis iram, 1. Re. 21. f. Et ait David: Benedictus dñs deus Israel, qui misit te hodie in occursum meum, & būdicitum eloquium tuum, & būdicitā tu que prohibuisti me hodie ne irem ad sanguinem, & vlcicerer me manu mea. Sic Judith castissima ob maximam (in amputando caput principis exercitus Nabuchodonosor) constātam, Judith. 13. c. Vnuerū aut adorantes dominum, dixerunt ad eam, Bene dixit te dominus in virtute sua, quia per te ad nihilum redierit inimicos nostros. Porro Ozias princeps populi Israel dixit ad eā, Benedic̄ta es tu filia ā domino deo excelsō, præ omnibus mulieribus super terram, 15. d. Tu gloria Hierusalem, tu lētitia Israel, tu honorificē tia populi tui, quia fecisti viriliter & confortatū est cor tuum, eo qđ castitatem amaueris, & post virginitatē altez̄ nescieris, ideo manus dñi cōfortauit te, & ideo eris benedicta in æternū. Sic virgo Maria ob fidē mundiam, Lucæ. 1. f. Et factum est vt audiuit salutationem

sationem Mariæ Elizabeth, exultauit infans in utero eius. Et repleta est spiritu sancto, & exclamauit voce magna, & dixit: Benedic̄ta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui, e. Et beata quæ credidisti, quoniam perficien̄tur ea quæ dicta sunt tibi a domino.

IX ¶ Benedic̄re debet creaturæ decenter, Exodi. 39. g. Quæ postquam Moses cuncta vidit completa, benedixit eis. 1. Timoth. 4. a. Quia omnis creatura dei bona est, sanctificatur enim per verbum dei, & orationem.

I ¶ **Blasphemia** Horribiliter committitur, Esai. 52. b. Et iugiter tota die nomen meum blasphematur, Matthæ. 27. e. Prætereuntes autem blasphemabant eum mouentes capita sua, & dicentes: Vah qui destruis templum dei, Roma. 2. d. Nomen enim dei per vos blasphematur inter gentes, 1. Cori. 12. a. Ideo notum vobis facio, quod nemo in spiritu dei loquens dicit anathema Iesū, Apoca. 13. b. Et aperuit os suum in blasphemias ad deum, blasphemare nomen eius, & tabernaculum eius, & eos qui in celo habitant.

II ¶ Grauiter punitur, Leviti. 24. c. Educ blasphemum extra castra, & ponant omnes qui audierit manus super caput eius: & lapidet eum omnis populus. Qui blasphemauerit nomen domini morte morietur. 2. Regum. 12. d. Veruntamen quoniam blasphemare fecisti inimicos nomen domini, propter verbum hoc filius qui natus est tibi morte morietur, 4. Regum. 19. d. Cui exprobraisti & quem blasphemasti? Contra quem exaltasti vocem tuam, & eleuasti in excelsum oculos tuos? Contra sanctum Israel, g. Factum est igitur in nocte illa, venit angelus domini & percutiuit de castris assyriis cētū octogintaquinḡ milia.

III ¶ Salubriter omittitur, 2. Re. 2. e. Si peccauerit

D 4 vir in

vir in vige placari ei potest deus. Si autem in deum peccauerit quis orabit pro eo? *Zac.* 1. a. Et oſtēd mihi dñs Iesum facerdotem magnum fiantē corā ange lo domini: & Saran ſtabat à dextris eius, ut adueretur ei. Et dixit dñs: Increper dñs in te Satan, *Matth.* 12. c. Ideo dico vobis omne p̄t̄n, & blasphemia remittetur hominibus: ſp̄s autem blaſphemiae nō remittetur. Et quicunq; dixerit verbum contra filium hominis remittetur ei: qui autem dixerit contra ſp̄m ſanctum: nō remittetur ei neq; in hoc ſeculo neq; in futuro. *Mar.* 3. d. Amē dico vobis qm̄ omnia, *Lu.* 12. b. Et omnis qui dicit verbū in filium hominis, *Col.* 3. b. Nunc autem diſpone & vos omnia trām, indignatio nem, mālitia, blaſphemia, turpem ſermonē. *Jude.* 1. c. Cum Michael archangelus cum diabolo diſputā al tercāretur de Moſi corpore: non est ausus iudicium īſifferē blaſphemia, ſed dixit imperet tibi deus.

I. ¶ **BONITAS** Essentialis in diuinis, *Matth.* 39. b. Quid me interrogas de bono? Vnus eit bonus deus, *Mar.* 10. c. Nemo bonus niſi vnuſ deus.

II. ¶ **Naturalis** in creaturis, *Gene.* 1. d. Vidiq; deus cuncta, qua fecerat, & erant valde bona, *1. Tim.* 4. a. Quia omnis creatura dei bona eſt.

III. ¶ **Moralis** in virtutib; *Matt.* 25. b. Euge ferue bone & fidelis, q; ſup pauca fuisti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium domini tui.

¶C.

Callix passionis imitandis, *Eſaiæ.* 51. 5. Eleuare eleuare conſurge Hierusalem, quaē bi bisti de manu domini calicem irę eius vſq; ad fundum calicis ſoporis bibisti, & potasti vſq; ad defecces, *Matth.* 20. c. Poteſtis bibere calicem quem ego bi biturus ſum: Calicem quidem meum bibetis, *26. c.* Per miſi poſſibile eſt traſeat à me calix iſte, *Ioh.* 18. b. Calicem quem dedit mihi pater non viſ ut bibā illū.

II ¶Pm

II. ¶ **Punitioſis** declinandus, *Eſaiæ* 51. g. Ecce tuli de manu tua calicem ſoporis. Et ponam illum in manu eorum qui te huīſi lauerunt, *H̄ere.* 15. d. Sume calicem vniſ furoris huius d: manu mea, & propinabis de illo cunctis gentibus ad quas ego mittam te, & bibent & turbabuntur & infanient à facie gladij quem ego mittam inter eos. 49. c. Ecce qui buſ non erat iudicium, ut bibet calicem, bibentes bibent, & tu quiſi innocens relinquis! Nō eris innocens, ſed bibens bibes, *55. a.* Calix aureus Babylon in manu domini inebrians omnem terram. De vino eius bibent omnes gentes, & ideo commotae ſunt, *Eze* chiel, 23. c. In via fororis tuę ambulasti, & dabo calicem eius in manu tua. Calicem fororis tuę bibes profundum & latum. Eris in derisum & in ſubflannationem, quaē es capaciſſima, ebrietate & dolore replebitis, calice mortoris & tritificie calice fororis tuae ſa maritae. Et epotabis & bibes illum vſq; ad feces & frangentia eius deuorabis, *Apoc.* 14. b. Si qui adorauit bestiam & imaginem eius, & accepert characterem in fronte ſua aut in manu ſua, hic bibet de vino irae dei quod mixtum eſt merio in calice irae ipsius, et cruciabitur igne & ſulphure. *16. d.* Et Babylon venit in memoriam ante deum: dare illi calicem vniſ indigitationis irae illius. *18. b.* In poculo quo misceuit vo bis misceat illi duplum.

I. ¶ **Caput** Christi, *x. Corin.* 11. a. Caput vero Christi deus.

II. ¶ **Caput** ecclieſe, *Ephes.* 1. d. Et ipsum dedit caput ſuper omnem ecclieſam, quaē eit corpus ipsius & plenitudo eius. *5. e.* Christus caput eſt ecclieſe, *Colo.* 1. c. Et ipſe eſt caput corporis ecclieſe.

III. ¶ **Caput** viri, *x. Cor.* 11. a. Volo autem vos ſciere quoniam omnis vir i caput Christus eſt.

IV. ¶ **Caput** mulieris, *x. Cor.* 11. a. Caput autē mu

D 5 Hieris

steris vir. Eph. 5. e. Quoniam vir caput est mulieris.

I. Charitas Eminenter commendatur. x. Cor. 13. a. Silinguis hominum loquar & angelorum charitatem autem non habeam, factus sum ut associans aut cymbalum tinniens: Et si habuero omnem fidem ita ut montes transferam: charitatem autem non habuero nihil sum, & si tradidero corpus meum ita ut ardeam. b. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. c. Charitas nunquam excidit, d. Nunc autem manet fides, spes, charitas, tria haec, maior autem horum est charitas, x. c. Omnia vestra in charitate fiant, Colo. 3. c: Super omnia autem haec charitatem continuam habete, quod est vires culum perfectionis. x. Pet. 4. b. Ante omnia autem mutant in vobis metipis charitatem continuam habentes: quia charitas operat multitudinem peccatorum x. Ioan. 4. c. Deus charitas est & qui manet in charitate in deo manet, & deus in eo.

II. Decenter ordinatur: Rom. 5. a: Quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datum est nobis. x. Cor. 13. b. Charitas patientis est, benigna est. Charitas non emulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit quae sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniuritatem, congaudet autem veritatem. Omnia suscit, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, Ephesios 3. c. In charitate radicari, & fundati, Philippien. x. b. Et hoc oro ut charitas vestra magis ac magis abunder in omni scientia: & in omni sensu, ut probetis potiora, ut sitis sinceres, & sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitiae per Iesum Christum, in gloriam & laudem dei. x. Tlthm. x. b. Finis autem praecepti est charitas: de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta, x. Ioan.

z. a. Qui autem seruat verbū eius, vere in hoc charitas perfecta est. 4. d: Timor nō est in charitate: sed perfecta charitas foras mitit timorē, z. a. Hęc est enim charitas dei, ut mādata eius custodianus. z. Ioā. b. Et hęc est charitas ut ambulem secūdū mādata eius.

I. Caro Pro necessitate curanda. Rom. 8. c. Ergo fratres debitores sumus, nō carni ut secundum carnē viuamus, z. d. Et carnis curā ne feceritis in defiderijs. z. Cor. 10. a. In carne enim ambulantes, nō secundum carnē militamus. Ephe. 5. f. Nemo enim vng carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam.

II. Caro voluntate refrenanda, quia bonū impedit. Rom. 8. a: Qui enim in carne sunt deo placere nō possunt. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu, si tamen spiritus dei habitat in vobis. x. Cor. 3. a. Cum enim sit inter vos zelus & contentio, nōne carnales estis, & secundū hoīem ambulatis? Gal. 5. d. Caro enim contupiscit aduersarius spiritum, spūs autem aduersus carnem. Haec enim sibi inuidem aduersantur, ut non queat cumque vultis illa faciat, x. Pet. 2. c. Charissimi obsecro vos tamque aduenias. Abstinentia, z.

III. Spiritum interimit. Gen. 8. a. Non permanebit spūs meus in homine in æternum, quia caro est, Roma. 8. a: Nihil ergo damnationis est his, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant. Qui enim secundum carnem sunt que carnis sunt sapient. c. Si enim secundum carnem vixeritis moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viueritis, Gala. 5. c. Dico autem in Christo, spiritu ambulante & desideria carnis non perficietis. d. Manifesta sunt autem opera carnis, quae sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiae, contentiones, æmulaciones, ira, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiae, homicida, ebrietates, commissiones, & his similia; quae prædicto vobis sicut prædie

prædixi, quoniam qui talia agunt regnum dei non consequentur, s.b. Nolite errare deus non irriteret. Quæ enim seminauerit homo hæc & metet. Quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem.

I **Castitas** Perfecte à deo datur, Sapi. 8. d. Et ut sciui qm̄ aliter non possem esse continens, nisi deus der. & hoc ipsum erat summa sapientia scire causas hoc esset donum, Zacha. 9. d. Quid enim bonum eius est, & quid pulchrum eius, nisi frumentum eorum & vinum germinans virgines? Matthæi 19. b. Non omnes capiunt verbum istud sed quibus datum est.

II **Recte ordinatur. In corde,** Luc. 12. c. Sint lumbi vestri præcincti, i. Cori. 7. f. Et mulier innupta & virgo cogitat quæ domini sunt, vt sit sancta & corpore & spiritu, Eph. 5. c. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, i. Pet. 1. c. Propter quod succincti lumbos intentis vestre, sobri perfecte sperate in eam quæ offertur vobis gratiam.

III **Vixi.** Dina volens videre mulieres regionis à Sichem visa violata est, Gen. 34. a. Egressa est autē Dina, Vxor domini Ioseph in concupiscentiam ex a-spectu pulchritudinis Ioseph exaruit, Gen. 39. b. Erat autē Ioseph pulchra facie, & decorus aspectu. Post multos autem dies iniecit domina sua oculos in Ioseph. David videns Berthabee se lauantem, in adulterium incidit, 2. reg. 11. a. Factum est autē vertente anno, Iob 31. a. Pepergit fecundus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virginine, Ecclesiast. 9. a. Virginē ne cōspicias ne forte scandalizeris in decore illius. b. Averte faciem à muliere compta, & ne cōspicias speciem alienam. Propter speciem mulieris multi perierunt & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardevit, 25. d. Ne respicias in mulieris speciem, & non concupiscas

concupiscas mulierem à specie.

III **¶ Verbo,** Ephes. 5. a. Fornicatio autem & omnis immoderita aut avaritia, nec nominetur in verbis, sicut debet sanctos: aut turpitudine aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet, Actu. Matthæi 25. Simile est regnum caelorum decem virginitibus. i. Thessalo. 4. a. Hæc est enim voluntas dei sanctificatio vestra, vt abstinatis vos à fornicatione, vt sciat unusquisque vas suum possidere in sanctificatione & honore, i. Timot. 5. d. Tepsum castum custodi,

V **¶ Summe premiatur,** Iud. 15. d. Tu gloria Hierusalem. Benedictio. 8. Sapi. 3. c: Quoniam felix est sterilis & incoquinata quæ nesciuit thorum in deserto, habebit fructum in respectione animarum sanctarum. 4. a. Quām pulchra est casta generatio cum claritate, Eccl. 26. c: Omnis autem ponderatio non est digna continentis animæ, Esa. 36. b. Et non dicat eunuchus: Ego lignum aridum.

Quia hæc dicit dominus eunuchis: Qui custodient sabbatum mea & elegerint quæ ego volui & tenueunt fidus meū, dabo eis in domo mea & in muris meis locum: & nomen melius à filiis & filiabus. Nomē sempiternum dabo eis quod non peribit, Matth. 19. b. Sunt enim eunuchi qui seipso castrauerūt propter regnum caelorum, i. Cor. 7. b: Dico autem nō mutatis & viduis, bonum est illis si sic permaneant sicut & ego, f. Porro hoc ad utilitatem vestram dico, g. Igitur qui matrimonio iungit virginem suam benefacit: & qui non iungit melius facit, Apo. 14. b: Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coquinati: virgines enim sunt hi sequuntur agnum quoque ierit.

I **Cecitas** mentalis peccato causatur, Deuter. 29. a: Non dedit vobis cor intelligens, & oculos videntes & aures quæ possent audire usq; in p̄ssem,

tem diem. Sap. 2. d: Excae cauit eñ illos malitia eōs. Esa. 6. c: Audite audientes & nolite intelligere, & videate visionē & nolite cognoscere. Excēca cor popū li huius & aures eius aggraua, & oculos eius claudēne forte videat oculis iuis & auribus suis audiat, & corde suo intelligat & conuertatur & sancte eum. 29. d: Obstupecite & admiramini, fluctuate & vacillate, ine briamini & nō à vino, mouemini & nō in ebrietate; qm̄ miscuit vobis dominus spm̄ soporis. Claudet oculos vestros: prophetas & principes vestros, qui vident visiones operet. d: Et erit vobis visio omnium sicut verba libri signati quem cum dederint scienti li teras, dicent lege istum, & respondebit non possum, signatus est enim. Eo q̄ appropinquat populus iste ore suo: & labijs suis glorificat me: cor autem eius iō ge est à me, & timuerunt me mandato hominum & doctoris: ideo ecce ego addam: vt ammirationem faciam populo huic miraculo grandi & stupendo. Peribit enim sapientia à sapientibus eius, & intellectus prudentium eius abscondetur. Ezec. 7. g: Et quærent visionem à propheta & lex peribit à ferdore, & cōsilium à senioribus. 12. a: Fili hominis in medio domus exasperantis tu habitas q̄ oculos habent ad videndum & non vident, & aures ad audiendum & non audiunt. Soph. 1. d: Et ambulabunt vt cæci q̄ domino peccauerunt. Ioan. 3. b: Hoc est autem iudicium quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem, &c. Erant enim eorum mala opera. 6. g: In iudicium in hunc mundi ego vesi ni vt qui non vident videant, & qui vident cæci fiāt, 22. f: Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Esaias. Excēcaut oculos eorum & indurauit cor eorum vt non videant oculos, & non intelligant corde, Rom. 1. c: Quia cum cognouissent deum non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt, sed gnauauerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est

est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapien tes stulti facti sunt, 11. b: Quid ergo? Quod querebat Israel, hoc non est consecutus, electio autem consecuta est, cæteri vero excæcati sunt sicut scriptū est. Dedit illis deus spiritum compunctionis, oculos vt non videant, & aures vt non audiant usq; in hodiernum d̄em. Et David dicit. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in captionem & in scandalū. Observentur oculi eorum ne videant. II. ¶ Peccatis implicatur, Sapien, 5. a: Errauimus à via veritatis, & iusticie lumen non luxit nobis: & sol intelligentiæ nō est ortus nobis. Lassati sumus in via iniurias & perditionis, & ambulauimus vias diff. ciles: viam autem domini ignorauimus. Ecc. 12. b: Error & tenebræ peccatoribus concreata sunt: qui autem exultant in malis confunduntur in malo. Esa. 59. b: Expectauimus lucem, & ecce tenebris, splē dorem & in tenebris ambulauimus. Palpauimus sicut cæci paritem, & quasi absque oculis atrectauimus. Impegimus meridie quasi in tenebris in caligiosis quasi mortui. Sophon. 3. a: Nesciuit autem iniuria nos confusionem. Matth. 15. b: Sinite illos ceci sunt & duces eorum. Cæcus autem si cæco ducatum prester, ambo in foueam cadunt. Marc. 3. a: Et circumficiens eos in ira: contristatus super cæcitatem cordis eorum. Luc. 19. g: Et vt appropinquauit videns ciuitatem fleuit super illum, dicens: Si cognouisses & tu. Et qdēm in hac die tua quia ad pacem tibi nunc autē abscondita sunt ab oculis tuis, Ioā. 9. g: Et audierūt qdām phariseorum, q̄ cum ipso erant & dixerunt ei. Nūquid & nos cæci sumus dixit eis Iesus. Si cæci effetis non haberetis peccatum: nunc vero dicitis quia videmini, peccatum ergo vetrum manet. Ephes. 4. c: Hoc igitur dico & testificor in domino, vt iam non ambuletis sicut & gentes ambulant in vanitate sensus sui, te nebris obscuratum habentes intellectum, alio ena

alienati à via dei per ignoratiā quæ est in illis, propter cætitatem cordis ipsorum: qui desperantes se metipos tradiderunt impudicitæ, in operationem immunditæ omnis in auaritiam.

III ¶ **G**ratia illuminatur, Esaïe 42. b. Et dedi te in fœdus populi, in lucem gentium, ut aperires oculos cœcorum, & educeres de conclusione vinclum, c. Et educam cœcos in viam quam nesciunt, & in semitis quas ignorauerunt; ambulare eos faciam. Ponam te nebras coram eis in lucem, & praua in recta, 43. b. Eſduc foras populum cœcum, & oculos habentem: surdum & aures ei sunt, 50. d: Quis ambulauit in tenebris & non est lumen ei, speret in nomine domini & innitatur super deum suum, 58. c: Si abstuleris de me dio tui catenam, & desieris extendere digitum, & loqui quod non prodest. Cum effuderis eſurienti aniam tuam, & animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua, & tenebrae tuae erunt sicut meridies, 59. a: Surge illuminare Hierusalem quia venit lumen tuum, Psal. 17. d: Qyoniam tu illuminas lucernā meā dñe, 18. b. Præceptum domini lucidi illuminans oculos, 26. a. Dominus illuminatio mea & salus mea, 33. a: Accedite ad eum & illuminamini, Ioannis 3. a. Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem versantem in hunc mundum, 8. b. Ego sum lux mundi qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habet lumen viræ.

IV Multum vituperatur, Esa. 42. c: Surdi audite, & cœci intuemini ad videndum, d. Quis cœcus nisi seruus meus, & surdus nisi ad quem nuncios meos misit? Quis cœcus nisi qui venundatus est, & quis cœcus nisi seruus domini? Qui vides multa nonne audies? Qui apertos habes aures, nonne audies, Hiere. 5. e. Audi popule stulte qui non habes cor, qui habentes oculos non videtis, & aures & non auditis, Mar. 8. b. Adhuc cœcatum habetis cor vestrum: oculos haben-

tes non videtis & aures habentes non auditis.

V ¶ **C**œcitas naturalis penosa, Tobia 5. b: Quale gaudium nihil erit qui in tenebris sedeo, & lumine cœli non video!

VI ¶ **I**psius illuminatio miraculosa, per angelum, Tob. 2. b. Contigit autem vt quadam die fatigatus à sepultura, veniens domum iactasserit se auxila paries tem & obdormisset, & ex nido hirundinis dormienti illi calda tercera incidenter super oculos eius fieret, et ex us, 6. b: Et fel valet ad vngendos oculos, in quibus fuerit albugo & sanabuntur, 11. c. Tunc susmens Tobias de felle pisces, linuit oculos patris sui, Et susinuit quasi dimidiā fere horam & ceperit albugo ex oculis eius quasi membrana oculi egredi. Quæ apprehendens Tobias traxit ab eius oculis, statimque vilum recepit.

VII ¶ **P**er Christum, Mat. 9. d. Et transeunte inde Iesu secuti sunt ei duo cœci, clamantes & dicentes: Misere te nostri fili Daudi. Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Secundū fidem vestrā fiat vobis, 20. Et egredientib[us] illis ab Hiericho, Mar. 8. c. Et veniāt Bethsaidam, & adducunt ei cœcum, Ioan. 9. a. Et præteriens Iesus vidit hominem cœcum à nativitate,

I ¶ **C**ibus spiritualis virtuosus, Deute. 8. a. Mar. 4. a. Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod egreditur de ore domini, Ioan. 4. d. Ego aliud cibum habeo manducare, quem vos nescitis. Meus cibus est ut faciam voluntatem eius qui misit me, ut perficiam opus eius, a. c. Operamini non cibum qui perit sed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis, d: Hoc est opus dei ut credatis in eum quem misit ille.

II ¶ **F**ructuofus Psal. 17. d: Satiabor cū apparuerit gloria tua, Luc. 24. c. Beatus qui māducabit panem in regno dei, 22. c. Vos etis q[ui] permansistis meci in tentationibus

tionibus meis. Et ego dispono vobis sicut dispositus mihi pater meus regnū, vt edatis & bibatis sup men sam meā in regno meo, Apo. 2. b, Vincēti dabo edere de ligno vitæ, qd est in paradiso dei mei: c. Vincēti dabo māna abicōnditū. 3. d, Ecce ito ad ostiū & pulsō: Si qs audierit vocē meā, & aperuerit mīhi ianuā, intrabo ad illum & cernabo cū illo & ipse mecum. III ¶ Cibus corporalis virtuose moderat in qualitate, Gen. 1. d, Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna quæ habet in semeti pīs semen generis sui, vt fint vobis in escā. 9. a, Omnes pisces maris manū vestrā tradidit sunt: & omne quod mouet & vivit, erit vobis in cibū. Psal. 103. b, Et panis cor hoīs confirmet. Prou. 27. a, Anima saturata calcabit fauūm: anima elurians etiā amarum pro dulci sumet. Eccle. 29. d, Initium vita hoīs. Abstinēria. 2. 10. d, Splendidū cor bonū in epulis: epulæ enim illius diligēter fiunt. 31. d, Splendidū in panibus benedicent labia multorum. 39. d, Initium necessitatē rei vitæ hominum: aqua ignis & ferrum: sal & lac & panis similagineus: & mel & botrus vua & oleum, & vestimentum. IV ¶ In quantitate, Pro. 23. a, Quādo federis vt comedas cū principe, diligenter atende quæ posita sunt ante faciū tuā. Ne desideres cibos illius in quo est panis mendacij, Eccle. 14. b, Oculis malus ad mala, nō faciatibus pane indigens & in tristitia erit sup mensam suā. 31. b, Super mēsam magnā sedisti nō aperias super illā fauēm tuā prior. Nō dicas: si multa sunt quæ sup illam sunt, Ne extendas manū tuā prior, ne inuidia contaminatus erubescas. c, Vtere quasi frugi his quæ tibi apponuntur: vt nō cum multum māducas odio habearis. Cessa prior causa discis plingi, & noli nimius esse ne forte offendas. Et si in medio multorū sedisti, prior illis ne extēdas manū tuā, nec prior poscas bibere. Et si coactus fueris in

edendo

edendo multum surge ē medio & vomē & refrigerābit te: & non addices corpori tuo infirmitatem. V ¶ In hōnētate vt cum gratiarū sumatur actio ne. Sic fecit Salvator Ioam. 6. b, Accepit ergo Iesus panes & cum gratias eḡsset distribuit discubentibus. c, Vbi manducauerant panem gratias agentes. x Cor. 10. g, Sicut ergo māducatis suis bibitis vel aliud quid faciſ, omnia in gloriam dei facite. x, Timot. 4, Quia omnis creatura dei bona est, & nihil rejiciendū qd cum gratiarum actiōe percipitur: sanctifica tur enim per verbum dei & orationem.

VI ¶ Voluptuose viciatur in qualitate, Job. 6. a, Aīa em̄ esurienti etiā amara dulcia esse videntur, Ec cle. 36. c, Omneſ escam manducabit venter: & est cibus cibo melior. Fauces contingunt cibum fere, Luce. 16. e, Homo quidā erat diues q̄ indeuebatur purpura & byssio: & epulabatur quidie splēdide. Mortuus est autem diues & sepultus est in inferno, x, Cor. 4. c, Eīca ventri & venter efcis: deus autē & hunc & hāc deſtruet. Iud. 7. d, Hi sunt in epulis suis maculae conuiantes sine timore semetiplos pacentes.

VII ¶ In quantitate, Tob. 2. a, Post hāc cum esset dies festus dñi: & factum esset prandiu bonum in domo Tobiae dixit filio suo: Vade & adduc aliquos de tribu nostra timētes dñi (nō histriones, &c.) vt epulentur nobiscū, Job 31. b, Si comedī buccellā mēa solitus: & non comedit pupillus ex ea, Prou. 21. c, Qui dīligit epulas in egestate erit: qui amat vinum & pinegrā nō dīabitur, Eccle. 9. d, Viri iusti sint tibi cōvītū, 37. d, Noli audiūs esse in omni epulatione, & non te effundas super omnē escā. In multis em̄ efcis infirmitas, & auditas appropinquabit vſq; ad cholera. Propter crapulā m̄tri obierūt, Lu. 14. c, Cū facis p̄dū aut ceñā, noli vocare amicos tuos neq; fratres tuos, neq; cognatos, neq; vicinos, neque diuites: ne forte & ip̄ te reinuitēt, & fiat tibi retributio. Sed eū

E 2 facis

facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos, & beatus erit: quia non habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum.

I **C**libi delectus Ob preceptū & scandalū habendus. Mat. 15. b. Audite & intelligite nō quod in trāt in os coinquiat hoīem, sed quod p̄cedit ex ore hoc coinquiat hoīem. Rom. 14. c. Scio & cōfido in dñō Iesu qd nihil cōmune per ipsum: nisi ei q̄ existimat qd commune esse, illi cōmune est. Si enī propter cibum frater tuus contristatur iam nō secundū charitatē ambulas. Noli cibo tuo illū perdere pro quo Christus mortuus est. Nō est enī regnum dei esca & potus, sed iustitia & pax & gaudiū in spiritu sancto d. Oia quidē sunt munda, sed malum est homini qui per offendiculū māducāt. 1. Cor. 19. e. Oia mihi licet, sed non oia expeditū: oia mihi licet sed non om̄ia ædificant. f. Om̄e quod in macello venit māducāt, nihil interrogātes propter conscientiā. Si q̄s vos vocat infidelī ad cœnā, & vultis ire, om̄e quod vobis apponitur māducāt, nihil interrogātes propter cōscientiā. g. Vt qd enī libertas mea iudicat ab aliena conscientiā. Si ego cū gratia participo, quid blasphemor pro eo quod gratias ago^r. 1. Cor. 8. e. Esca autem nos nō cōmendat deo. Neg: enī &c. Vide totū ibidē, Col. 2. c. Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbato: quæ sunt vmbra futuroꝝ. 1. Tim. 4. a. Spiritus aut mani feste dicit, q̄a in nouissimis temporibus discedēt qui dam à fide, attendētes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorū in hypocrisi loquentiā mendaciū, & cauteriatā habentium suā conscientiā, prohibentiū nubere, abstinere à cibis quos deus creauit ad percipiēdū cū gratiæ agiōne fidelibus: & his q̄ cognouerunt veritatem. Quia oīs creatura. Sup. 5. Tit. 1. d: Oia munda mundis, coinquinatā autē & infidelibus nū hil

hil est mundum, sed inquinat̄ sunt eorum & mens & cōscientia. Hebr. 13. b: Doctrinis varijs & peregrinjs nolite abducere. Optimum est enī gratia stabilitate certa non etiā que non profacerunt ambulantibus in eis. Act. 19. 17. b. Quid deus purificauit, tu coram in me re a. xvi. 13. c. Vixit enim spiritui sancto & nobis nihil vixit imponere vobis oneris, quām hæc necessaria, ut abutimatis vos ab immolatis simulacrorum, & sumptuoso, & suffocato, & fornicatione, à quibus cū itidem res vos bene agitis.

IX **C**lavis Christus turbas, Mat. 14. b. Et exiēs vidit tu: bani multā. 15. c: Ec cū transiſset inde Iesus venie fecus mare Galileę, Mar. 6. d: Et conuenientes apostoli ad Iesum, 8. a: In diebus illis iterum cū turbā multa Luc. 9. b: Et reuerſi apōstoli narrauerunt ille. Ioā. 4. a: Ponit hæc ab ip̄t Iesus trans mare Galileę.

I **C**ircumcisio Ioānis, Luce 1. f. Et factū est in die octavo venerant circūcidere puerū, & vocabant cū nomine patris sui. Circumcisio Christi, Luce 2. c. Et postq̄ consumati sunt dies octo, vt circoncideatur puer, vocatum est nomen eius Iesus.

II **C**ircuncisio carnalis à deo mandata, Gen. 17. b. Hoc est pactum meū quod obseruabitis inter me & vos, & semen tuum post te. Circuncidetur ex vobis om̄e masculinum, & circumcidetis carnem præputij veluti, vt sit in signū foderis inter me & vos. Infans octo dies circuncidetur in vobis, Leui. 12. a: Et die octavo circuncidetur infans, Ioā. 7. c: Propter ea Moses dedit vobis circumcisionem: non q̄a ex Mo se est, sed ex patribus. Rom. 13. b: Dico enī Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem dei ad confirmandas promissiones patrum.

III **C**per Christum terminata, 1. Cor. 7. d. Circumcisio nihil est, & præputium nihil est: sed obseruationis mandatorum dei, Galatas 5. a: Ecce ego Paulus dico

¶ nobis quoniam si circuncidamini Christus nihil vobis proderit. b. Nam in Christo Iesu neq; circuncisio aliquid valet, neque præputium; sed fides quæ per charitatem operatur, e. d. In Christo enim Iesu neq; circuncisio aliquid valet, neque præputium sed non via creatura.

¶ IIII. ¶ Circuncisio spiritualis Rigorose exigitur, Levit. 26. f. Ambulabo igitur & ego contra eos, & inducam illos in terram hoitem, donec erubescat incircuncisa mens eorum. Hierc. 4. a. Circuncidimini dominio, & auctoritate præputia cordium vestrorum viri Iuda & Hierusalem, ne forte egreditur ut ignis, indignatio mea, & succendatur & non sit qui extinguat, e. c. Cui loquar & quem contestabor ut audiat. Ecce incircuncisæ aures eoz, & audire non possum, Eze. 44. c. Omnis alienigena incircuncisus corde, & incircuncisus carne non ingredietur sanctuarium meum. Act. 7. f. Dura ceruice & incircuncisi cordibus, & auribus vos semper spiritu sancto relitistis.

V. ¶ Virtus p. r. sicutur. Deutero. 10. d. Circuncidetur igitur. Acceptio personarum. 1. 30. b. Circuncider dominus deus tuus cor tuum, & seminis tui, ut diligas dominum deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua ut possis vivere. Hierem. 9. g. Quia omnes gentes habent præputium; omnis autem dominus Israel incircuncisi sunt corde. Rom. 2. d. Si igitur præputium iustitias legis custodiat: nonne præputium illius in circuncisionem reputabitur? Non enim qui in manifesto Iudeus est, nec quæ in mani Christo in carne est circuncisio, sed qui in abscondito Iudeus est, & circuncisio cordis in spiritu non litera cuius laus non ex hominibus, sed ex deo est, Philippienses 3. a. Nos enim sumus circuncisio, qui spiritu seruimus deo, & gloriamur in Christo Iesu, & non in carne fiduciam habentes, Colo. 1. b. In quo & circumstis estis circuncisio non manufacta in expoliatio ne. cor

ne corporis carnis: sed in circuncisione Iesu Christi consepulti ei in baptismo.

I. ¶ Cittas Superna mire decoratur, Heb. 11. c. Experiabat enim fundamenta habentem ciuitatem (Abraham) cuius artifex & conditor deus. 12. f. Sed accessus ad Sion montem, & ciuitatem dei viuentis Hierusalem ecceletem. 13. c. Non enim habemus hic manente ciuitatem, sed futuram inquirimus. Apoc. 21. d. Et murus ciuitatis habens fundame na duodecim. f. Et fundamenta muri ciuitatis omni lapide pretioso. Et temp'um non vidi in ea. Dominus enim deus omnipotens templum illius est, & agnus. g. Et ciuitas non egat sole neq; luna ut luceat in ea: nam claritas dei illuminat eam.

II. ¶ Ciuitas terrena pietate gubernatur, Levit. 19. g. Si habitauerit aduena in terra vestra & moratus fuerit inter vos, non exprobretis ei, sed sit inter vos quasi indigena, & diligetis eum quasi vosmetipos. Prover. 11. b. In bonis iutorum exultabit ciuitas. Vbi non est gubernator populus corruet. Ecclesi. 10. a. Qualis rector ciuitatis tales & inhabitantes eam. Ciuitates inhabitabuntur per sensum prudentium, Eia. 26. a. Vrbs fortitudinis nostræ Sion saluator portatur in ea murus & antemurale. Aperire portas & ingredietur gens iusta custodiens ciuitatem.

III. ¶ Impicrate deuastatur. Psalmo 54. l. Præcipita: minit diuide linguas eorum. Die ac nocte circundabit eam super muros eius iniquitas, & dolus. Et non deficit de plateis eius usura & dolus. 126. a. Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit. Proverbiorum 11. b. Benedictione iustorum exaltabitur ciuitas: & ore impiorum subuertetur. 29. b. Homines peccantibus dissipant ciuitatem: sapientes vero auertunt furem. Ecclesiasti. 26. a. A tribus timuit cor meum, & in quarto facies mea metuit.

Deleturam ciuitatis, & collectionem populi, & calamitatem mediacem super mortem omnia grauia. Dolor cordis & luctus mulier zelotypa, 28.b: Sufurro & bilinguis maledictus: multos enim turbauit pacem habentes. Lingua tercia multos commouit, & disperdidit illos de gente in gentem, ciuitates muratas diutum destruxit, & domos magnatorum effodit, Esa.17.c. Et eris deserta, quia obliterata es domini dei saluatoris tui: et fortis adiutoris tuus non est recordata, Abacuc 2.c. Viz. qui adificat ciuitatem in sanguinibus & preparat virbum in iniuritate.

I **C**lausis Cœli, Mat. 16.c. Et tibi dabo claves regni cœlorum. Et quocunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quocunq; solueris super terram, erit solutum & in cœlis.

II **M**ortis, Esa. 22.f: Et dabo clavem domus David super humerum eius: & aperiet, & non erit qui claudit, & claudet & non erit qui aperiat, Apoc. x.d. Ego sum viuens in secula seculorum: & habeo claves mortis & inferni, 3.b: Hæc dicit sanctus & verus, qui habet clavem David: qui aperit, & nemo claudit, claudit & nemo aperit.

I **C**ogitatio bona A deo inspiratur, Prove. 16.a: Reuelata domino opera tua, & diliguntur cogitationes tuæ, 2. Cor. 3.b: Fiduciam autem talem habemus per Christum ad deum: non quod sufficietes sumus cogitare aliqd à nobis quasi ex nobis: sed sufficiencia nostra ex deo est, Philippien. 2.b: Deus est enim qui operatur in vobis & velle & perficere, pro bona voluntate.

II **A**d deum ordinatur, Genesis 24.g. Egressus fuerat (Isaac) ad meditandum in agro inclinata iam die, Proverbiorum 12.a. Cogitationes iustorum iudiciorum, 15.d: Mæs iusti meditabitur obedientia, Phi. 4.b.

De cœ-

De cœtero fratres quæcumq; sunt vera, quæcumq; pudica, quæcumq; iusta, quæcumq; sancta, quæcumq; amabilia, quæcumq; bona famæ: si qua virtus, si qua laus disciplina, hæc cogitate.

III **Q**uia deo remuneratur, Ecc. e. d. Cogitatum tuum habet in preceptis dei, & in mandatis illius maximæ assiduus es tu, & ipse dabit tibi cor, & concupiscentia sapientie dabitur tibi, 22.c. Cogitatus sensati in omnim tempore, vel metu non deprauabitur.

IV **C**ogitatio mala mire pervertitur, Prove. 12.a. Qui confidit in cogitationibus suis, impie agit, c. Dulcis in corde cogitantum mala, 16.d. Qui attorrit oculis cogitat prava: mordens labia sua perficiet malum 24.a. Qui cogitat mala facere stultus vocabitur. Cogitatio stulti peccatum est, Ecc. 76.c. Qui minoratur corde cogitat inaniam, & vir imprudens, & errans cogitat stulta, Euseb. 59.b. Cogitationes eorum, cogitationes inutiles, Matt. 15.b. De corde enim exent cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes furtæ, falsæ testimonia, & blasphemiae: hæc sunt quæ conquinant hominem.

V **D**ire punitur, Gene. 6.b: Videns autem deus, quod multa malitia hominum esset in terra: & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, penitus eum, quod hominum fecisset in terra, & praecautens in futurum, & tactus dolore cordis intrinsecus desebit, inquit, hominem quem creavi, à facie terræ, Prover. 15.d. Abominatio domini cogitationes mali, Sapient. 1.c. In cogitationibus enim impij interrogatio erit, Iacob. 4.b. Omnia hæc mala venient propter malitiam cogitationum vestrarum, 18.b. Ecce ergo fingo contra vos malum, & cogito contra vos cogitationem. Reuertatur unusquisque à via sua mala, & dirigite vias vestras, & studia vestra. Qui dixerunt Desperauimus, post cogitationes nostras ibimus, & unusquisque prauitatem cordis sui mali faciemus.

E VI **F**ru-

VI. ¶ Fructifere repellitur, Sap. 1. a, Peruersæ enim cogitationes separat à deo, Ecc. 6. a, Non te extollas Arbor, 3. 27. a, Sicut in percussione cribri remanebit puluis: sic aporia hominis in cogitatu illius, Hier. 4. d, Lqua à malitia cor tuum Hierusalem vt salua fies, Vt quequo morabuntur in te cogitationes noxiae, Matt. 9. a, Ut quid cogitatis mala in cordib⁹ vestris?

I. ¶ **Cognoscit** Deus oīnes generaliter, 1. Regum, 16. c, Homo enim videt ea quæ parent, deus autem intuetur cor, Iob. 31. a, Nonne ipse considerat vias meas: & cunctos gressus meos dinumerat, Prou. 13. a, In omni loco oculi domini contemplantur bonos & malos, b, Infernus & perditio coram domino: quia zo magis corda filiorum hominum? 16. a, Omnes via hominum patent oculis eius: spirituum ponderator est dominus.

II. ¶ Bonos singulariter, Exod. 2. d, Et respexit dominus filios Israel, & cognovit eos, Psalm. 1. b, Quia nō nouit dominus viam iustorum, Hier. 1. b, Prisquam te formarem in utero noui te, Matthæ. 7. d, Multi dicent mihi in illa die: Domine domine, Et tūc confitebor illis, quia nunquam noui vos: discedite a me omnes qui operamini iniquitatem, 25. a, Amē dico vobis nescio vos, 1. Cor. 14. g, Si quis autem ignorat ignorabitur, 2. Timo. 1. c, Sed firmum fundamen tum dei stat habens signaculum hoc. Cognovit dominus qui sunt eius.

I. ¶ **Cognitio** Dei firmiter exigitur, Psal. 9. c Cognoscetur dominus iudicia faciens, Conuertantur peccatores in infernum omnes gentes quæ obliuiscuntur deū, 13. a, Dixit insipiens in corde suo non est deus, Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studijs suis, 45. b, Vacate & videte quoniam ego sum deus, 52. a, Deus de cœlo prospexit super filios hominum.

num, vt videat si est intelligens aut requirens deum. Omnes declinauerūt, Sap. 13. a, Vani sunt omnes homines in quibus non habet scientia dei, Esa. 1. a, Cognovit bos possessorem suum: & a finis præsepe domini fuit Israël autem me non cognovit, & populus meus non intellexit, Hierem. 4. f, Quia stultus populus meus me non cognovit: Filii insipientes sunt, & recordes, 9. a, Confortati sunt in terra, quia de malo ad malum egressi sunt, & me non cognoverunt dicit dominus, b, Habitatio tua in medio dolis: in dolo renuerunt scire me dicit dominus, g, Non glorietur sapientis in sapientia sua: & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur dues in diutnis suis: sed in hoc glorietur, qui gloriarunt, scire & nosce me: quia ego sum dominus qui facio misericordiam, & iudicium, & iustitiam in terra, Oze. 4. a, Non est enim veritas, Mendacium, 6. c, Quia misericordiam volui & non sacrificium: & scientiam dei plus quam holocausta, Roma. 1. c, Reuelatur enim ira dei de cœlo super omnem impietatem, & iniustitiam hominum eorum qui veritatem dei in iniustitia detinent: quia & sicut notum est dei manifestum est in illis, Deus enim ille manifestauit.

LI. ¶ Multipliciter acquiri: ur, scilicet Diuina iustificatione, Iob. 21. b, Qui dixerunt deo recede a nobis scientiam viarum tuarum nolumus, Psalm. 4. b, Multū dicunt quis ostendit nobis bonac Signatum est super nos lumen vultus tui domine, Esa. 52. b, Propter hoc scierit populus meus nomen meum in die illa: quia ego ipse qui loquebar, ecce adsum, Matthæ. 11. d, Confiteor tibi pater domine cœli & terræ, quia abscondisti huc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea parvulis, Et nemo nouit filium nisi pater, neque parentem quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare, deci. sex. c, Beatus es Simon Bariona, quia caro & fons

& sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus qui in cœ
l*s* est (me scilicet esse Christum filium dei vitu*m*) Luce*r*
x*o*. d. Et nemo seit quis sit filius nisi pater, Ioan*x*. b,
Dein nemo videt vñquam, vñgenitus filius qui est
in sinu patris ipse enarravit, 6. c, Nemo venit ad me,
nisi pater, qui misit me, traxerit eum. Non, quia pa-
trem vidit quisquam, nisi is, qui à deo est, hic videt pa-
trem, 8. c, Nec me scitis, neq; patrem meum scitis, si
me sceritis forsitan & patrem meum sceritis, 17. b. Et
cognoverunt vere quia à te exiui, & crediderunt ga-
tu*m* iustifi*c*, 1. Ioan*y*. d, Et scimus quoniam filius
dei venit, & dedit nobis sensum ut cognoscamus, &
sumus in vno filio eius . Hic est verus deus, & vita
æterna.

III. ¶ Creaturarum consideratione, Iob*x*. b, Ni-
mirum interroga iumenta & docebunt te: & volati-
lia cœli, & indicabunt tibi, loquere terræ, & responde-
bit tibi: & narrabunt pisces maris. Quis ignorat q; ca-
rnis hæc manus domini fecerit? Psalm*xviii*. a, Cœli ei-
narrant gloriam Dei, Sapient*x*. a, Vani autem sunt
omnes homines in quibus non subeft scientia dei, &
d his que videntur bona, non potuerunt intelligere
eum qui est, neq; operibus attendentes agnouerit q;
esset artifex. Quorum & si specie delectari deos puta-
uerunt, sciant quanto his dominator eorum speciosi
or est. Speciei enim generator hæc omnia constituit.
Aut si virtutem & opera eorum mirati sunt: intelli-
gant ab illis quoniam qui fecit hæc fortior est illis, b.
A magnitudine enim speciei, & creature cognoscib;
liter poterit creator horum videri, Ecc*i*. 17. a, Crea-
uit illis scientiam spiritus: & sensu impleuit cor illo-
rum, 43. d, Multa abscondita sunt maiora his, pauca
vidimus operum eius, Ioan*x*. b, In mundo erat & mā-
dus per ipsum factus est, & mundus eum non cognog-
uit, 5. f, Opera enim quæ dedit mihi pater, vt perfici-
am ea, ipsa opera quæ ego facio, testimoniu*m* perhibet
de me

de me, quia pater misit me, Roma*x*. c, Inuisibilis em*p*
ipius a creatura mundi per ea quæ facta sunt intelle-
cta confi*c*ciuntur, 1. Co*ii*. c, Ex parte enim cognosci
mar, d, Vnde nunc per speculum in enigmate, tunc
autem facie ad faciem.

III. ¶ Scripturarum declaratione, Ioan*i*. f, Scrut-
tamini scripturas: quia vos putatis in illis vitam æ-
ternam habere. Et illæ sunt quia testimonium perhibe-
bent de me, g, Si enim crederetis Moysi, crederetis for-
sitam & mihi: de me enim ille scripsit.

V. ¶ Salubriter perquiritur, Sapien*xv*. a, Nosse em*p*
te coniunctum iustitiam est, & dicere iustitiam & virtu-
tem tuam, radix est immortalitatis, Esaiae*xi*. c, Non
nocebunt, & non occident in vno ex monte sancto
meo: quia repleta est terra scientia domini, Oze*6*. a,
Vniuersabit nos post duos dies: & in die ter tia suscita-
bit nos, & viuens in conspectu eius: sciemus sequen-
tia*m* & ut cognoscamus dominum, Ioan*xvii*. a, Hæc
est autem vita æterna, ut cognoscant te solum deum
verum, & quem misiti Iesum Christum, Philip*3*. b,
Veruntamen existimo omnia derimentum esse pro-
pter eminentem scientiam Iesu Christi domini mei,
Colos*1*. b, Ideo nos ex qua die audiuiimus non cessa-
mus pro vobis orantes, & postulantes, ut impleamis-
ti agnitione voluntatis eius: in omni sapientia & in-
tellectu spirituali, ut ambuletis digne deo per omnia
placentes, 1. Ioan*2*. a, Et in hoc scimus quoniam co-
gnovimus eum, si mandata eius se. uimus. Qui dicit
se nosse deum, & mandata eius non custodit, mēdax
est, 4. b, Et omnis qui diligit, ex deo natus est, & co-
gnoscit deum. Qui non diligit non nouit deum: quia
deus caritas est.

VI. ¶ Cognoscit Homo diff. renter, 1. Reg.
15. c, Homo videt ea q; parent, Pro*v*, 20. a, Sicut aqua
profunda, sic cōsilium in corde vari, sed homo sapiēs
exhau

exhaustet illud, Ecc. 13. d. Vestigium cordis boni, & faciem bonam difficile inuenies & cum labore, x. Corin. 2. c. Quis enim scit hominum quae sunt hominis, nisi spūs qui in ipso est?

VII ¶ Cognoscatur homo frequenter ex visu, Gen. 4. a. Iratusq; est Cain vehementer, & cōcidit vultus eius, Proter. 17. d. In facie prudētis lucet sapientia Ecc's. 8. a. Sapientia hominis lucet in vultu eius, & potestissimus faciem illius commutabit, Ecc. 13. d. Cor hominis immutat faciem illius sive in bono sive in malo, 19. d. Ex visu cognoscitur vir, & ab occurso faciei cognoscitur sensatus.

VIII ¶ Astatu, Pro. 27. c. Quomodo in aquis resp̄endent vultus prop̄sidentium: sic corda hominum manifesta sunt prudentibus, Ecc. 27. a. Sic ut rusticatio de ligno ostendit fructum illius: sic verbum ex cogitatu cordis hominis.

IX ¶ Gētu, Pro. 20. b. Ex studijs suis intelligitur puer si munda & recta sint opa eius, Ecc. 19. d. Amisit corporis, & risus dērū, & ingressus hoīs enīciāt de illo

I ¶ Conclia Rite congreganda, Actu. 15. a. Facta ergo seditione non minima Paulo & Barnabā aduersus illos statuerunt vt ascēderet Paulus & Barnabas, & quidam alij ex alijs ad apostolos & presbyteros in Hierusalem super hac quēstionē, b. Conuenieruntq; apostoli & seniores videre de verbo hoc.

II ¶ Debitē audiēnda & obseruāda, Matt. 18. c. Vbi sunt duo vel tres cōgregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum, Ioan. 14. b. Ego rogabo patrem & alium paraclētum dabit vobis, vt maneat vobis cūm ināternū sp̄m Ḷitatis, 16. c. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem veneris spūs ille veritatis docebit vos oēm veritatem, Act. 15. e. Apostoli & seniores fratres, his qui sunt Antiochiae, & Syriæ, & Ciliciæ fratribus ex gentibus sa-

Iutem

Iutem. Qoniam audiuimus quod quidam ex nobis exentes tūn bauerunt vos verbis eruententes animas vestras quibus non mandauimus: placuit nobis collēctis in unum eligere viros, & mittere ad vos. Vīsum est enim spiritu sancto, & nobis nihil vltra imponere vobis oneris q̄ hact necessaria, vt abstinatis vos ab immolatis simulacris, & sanguine, & suffocato, & fornicatiōe: q̄bus custodiētes vos bñ agetis. Valete.

I ¶ Concupiscentia mala, peccatum operatur, Genet. 3. d. Sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua, Ro. 7. d. Scio enim quia non habitat in me: hoc est in carne mea, bonum. Nam velle adiaceat mihi, perficere autem bonum non inuenio. Non enim quod volo bonum hoc facio, sed quod nolo malum hoc ago. Si autem quod nolo illud facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Inuenio igitur legem volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malū adiaceat. Condelecto enim legi dei secundum interiorē hominem, Iacob. 1. b. Nemo cum tentatur dicat, quoniam a deo tentatur. Deus enim intentator malorum est. Ipse autem neminem tentat. Vnusquisq; vero tentatur a concupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde concupiscentia cum conceperit parit peccatum. Peccatum vero cum consummatum fuerit generat mortem.

II ¶ Fructifere refrenatur, Gene. 4. a. Nonne si bene egeris recipies? Sin autem male: statim in foribus peccatum tuum aderit. Sed sub te erit appetitus eius & tu dominaberis illius, Tobi. 3. c. Tu scis domine quia nunquam concipiui virum: & mundam seruas in animam meam ab omni concupiscentia, Sap. 4. c. Inconstantia concupiscentia transuertit sensum sine malitia, Ecc's. 11. d. Amoue malitiam a carne mea. Adolescentia enim & voluptas vana sunt, Ecc. 5. a. Nefes

Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui, 18. d. Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auferre. Si præstes animæ tuae concupiscentias eius, faciente in gaudium inimicis tuis, 23. a. Aufer à me ventris concupiscentias, & concubitus concupiscentia ne apprehendant me, 37. d. Fili in vita tua tenta animam tuam, & si fuerit nequam, non des illi potestatem, Roma. 8. a. Nihil ergo damnationis, Casro. 3. x. Corin. 2. d. Animalis autem homo non percepit ea, quæ sunt sp̄s dei, 2. Petri. 1. a. Fugientes eius quæ in mundo est concupiscentia corruptionem.

III. ¶ Concupiscentia rei alienæ prohibetur, Exo. 20. c. Non concupisces domum proximi tui. Nec desiderabis vxorem eius, non seruum, non ancillam, nō bouem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt, Deuter. 5. b. Non concupisces, Eccl. 9. c. Non zeles gloriam, & opes peccatoris,

I. ¶ **C**onfessionis Tempus, Eccl. 17. d. Ante mortem confitebitur. A mortuo qualis nihil perit confessio. Confiteberis viuens. **Q**uam magna misericordia domini, & propitiationis illius conuententibus ad se.

rit doctrinam, 24. b, Corinde fili mi mel quia bonum
est & fauum dulcissimum gutturi tuo, Sic & doctri-
na sapientiae tuae quamquam intueneris, habebis in
nouissimam spem, & spes tua non peribit, 27. b, Stude
sapientiae fili mi & laetifica cor meum, ut possis ex-
probrari respondere sermonem, Ecclesia, sexto b, Fi-
li à iuuentute tua excipe doctrinam, & vñq; ad canos
inuenies sapientiam, Quasi is qui arat & qui seminat
accende ad eam.

V ¶ **C**ontemptus, Prouerb. 1. a, Sapientiam atque
doctrinam stulti despiciunt, 9. b, Qui erudit derisor
rem ipse iniuriam sibi facit, 14. a, Quærerit derisor sa-
pientiam & non inueniet, doctrina prudentium faci-
lis, 17. c, Qui eruit discere incidet in mala, 18. a, Non
recipit stultus verba prudentia, nisi ea dixeris qua
verfantur in corde suo, 23. c, Acetum in nitro qui can-
tat carmina cordi pessimo, Ecclesia, 6. c, Quidam aspera
est nimium sapientia indoctis hoīibus, & non perma-
nebit in illa excors, Sapientia enim doctrinæ secundum
nomen est eius, & non est multis manifesta, Quibus
autem cognita est, permanet vñq; ad conspectum dei,
27. b,

27. b, Non eruditetur qui non est sapiens in bono, Est
autem insipientia quæ abundat in malo, & nō est sensus
vbi est amaritudo, c, Co: fatui quasi vas confractum,
Quam, & omnem sapientiam non tenebit, Verbum sa-
piens quo documq; audierit scius laudabit, & ad se ad-
ducet, Audiucluxuriosas & displicesbit illi, & projectis
et illud post dorsum suum, 22. a, Qui docet fatuum,
quali qui cōglutinat testam, Qui narrat verbum nō
audiens, quasi qui excitat dormicetem de graui somno, Cum
dormiente loquitur qui enarrat titulio sapi-
entiam, 23. c, Homo assuetus in verbis improperiis, in
omnibus diebus suis non eruditetur, Matth. 7. a, Noli
te dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas
ante porcos.

VI ¶ **D**octrinæ pravae effectus quoad docentem,
Iob. 13. a, Prius vos ostendens fabricatores mendacij
& cultores peruerorum dogmatum, Prou. 15. a, Os fa-
tuorum ebullie stultitiam, Labia sapientium dissimilabunt
scientiam, cor stultorum dissimile erit, b, Do-
ctrina mala deseritum viam vita, 16. c, Doctrina stu-
torum fatuitas, 21. d, Superbus & arrogans voca-
tur indoctus, Ecc. 21. c, Narratio fatui quasi sarcina
in via.

VII ¶ **Q**uo ad audientem, Prou. 21. c, Vir qui erra-
uerit à via doctrinae, in cœtu gigantium comimorabi-
tur, Luc. 6. f, Nunquid potest cæcus cæcum duceret?
Nonne ambo in foueam cadunt?

VIII ¶ **D**octrinæ curiosæ defectus, Prou. 25. d, Qui
scrutator est inatestatis opprimetur à gloria, Ecclesi. 1.
d, Et agnoui quod in his quoq; esset labor & afflictio
spiritus, & quod in multa sapientia multa sit indigna-
rio, & qui addit scientiam addit & labore, Ecc. 3. c,
Altiora te ne questeris, & fortiora te ne scrutatus fue-
ris, sed quæ præcepit tibi deus cogita semper, & in plu-
ribus operibus eius ne fueris curiosus.

I ¶ **D**oloſus Deum offendit, Iob. 36. b, Si-
multaneus

D O.

imulatores & callidi provocat iram Dei. Mortificatur in tempestate anima eorum, Psalm. 5. b, Virtus sanguinum & dolosum abominabitur dominus, 11. a, Dilperdat domin⁹ vniuersa labia dolosa, Pro. 3. d, Abominatio domini est omnis illusio.

II ¶ Proximum fallit, Psal. 13. b, Sepulchrum patens est guttur eorum linguis suis dolose agebant, ve nenum aipidum sub labiis eorum, 14. d, Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula, 139. a, Acurvant linguas suas sicut serpentes, Ecc. 11. d, Nō eminet hominem inducas in dominum tuum : multæ enim sunt infidæ dolosi. Sicut enim erubet p̄cor dia fætentium, & sicut perdiꝝ ducitur in caueam, & caprea in laqueum, sic & cor superborum, & sicut pro fector videns casum proximi sui. Bona enim in malâ conuerrens infidatur, & in electis imponer maculam. A scintilla enim una augetur ignis, & ab uno do loso augetur sanguis: homo vero peccator sanguini infidatur. Attende tibi à pestifero, fabricat enī mala, ne forte inducat super te subsannationem in perpetuum. Admitte ad te alienigenam, & subuerteret te in turbine, & abalienabit te à vijs proprijs, Esai. 32. b. Strutus enim factua loquetur, & cor eius faciet inquietarem, vt perficiat simulationem, & loquatur ad dominum fraudulentem, & vacuum faciat animam esuri entis & potum stireret auferat. Fraudulenti vasa pefima sunt. Ipse enim cogitationes concinnabit ad per dendos mites in sermone mendacij cum loqueretur pauper iudicium, Hiero. 6. c, A propheta vſq; ad sacerdotem cuncti faciunt dolum.

III ¶ Seipsum perdit. Dolose Ait salomon contra patrem machinando finaliter interiit, 2. Regum. 15. a, Igitur post hæc. Sic Aman malitiosus in mortem Iudeorum agens suspensus fuit in patibulo, Hester. 3. a Post hæc rex Assuerus exaltavit Aman, Psalmo. 7. d:

Ecce

D O.

¶ Pol. 7e

Ecce parvus iniustitiam: concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Lacum aperuit & effodit eum, & inde eis in foueam quam fecit. Conuertetur dolor eius in caput ipsius, non obsecrabit dies suos, Proverbio. 3. d, Ipse defudit illusores, 12. d, Non inueniet fraudulentus lucrum, 14. b, Vir versutus odiosus erit, 18. b, Qui decipit iustos in via mala in interitu suo corrus et, & simplices possidebunt bona eius, Ecc. 27. d, Qui in alium mittit lapidem super caput eius cadet, & plaga dolosa dolo diuidet vulnera. Et qui fouam fodit incidet in eam, & qui statuit lapidem proximo suo, offendet in eo, & qui laqueum ali⁹ ponit, peribit in illo, Hieremi. 9. c, Sagitta vulnerans lingua eorum dolum loquuta est. In ore suo pacem cum amico iuo loquitur, & occulte ponit ei infidias. Nunquid super his non visitabo, dicit dominus, & in gente iniusti modi non viciſcetur anima mea, Malachi. 1. d, Male dictus dolosus.

I ¶ Domus Aeternalis, Ioan. 14. a, In domo patris mei mansiones multæ sunt. 2. Corinth. 5. a, Scimus quoniam si terrestris domus nostra habitationis dissoluatur quod ædificationem ex Deo habemus : domum non manu factam æternam in celis.

II ¶ Domus spiritualis virtuose ædificatur, 1. Petri. 2. a, Ad quæ accedentes lapidem viuum ab hominibus quidem reprobatum, à deo autem electum & honorificatum, & ipsi tanquam lapides viui super ædificamini domus spirituales, sacerdotium sanctū, offerentes spirituales hosties acceptabiles Deo per Christum dominum nostrum, 1. Timo. 3. d, Hæc tibi scribo, Ecclesia. 2.

III ¶ Gratio

D O.

III ¶ Gratiōē inhabitatur, Hebræo.3.b, Et Moses quidem fidelis erat in terra domo eius tāquam famulus, in testimonium eorum quæ dicenda erant. Christus vero tanquam filius in domo sua, quæ domus sumus nos, si fiduciām & gloriām sp̄i vīs ad finem firmanū retineamus. Vide titulum templum spirituale.

III Domus corporalē bñne confiūtur, Psalm. 726.a, Nisi dominus edificauerit domum, inutinam laborauerunt qui ædificant eam, Prou.24.c, Præpara foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum, & post ea ædifices domum tuam, Eccī. 21.b, Qui ædificat domum suam impendit alienis quasi qui colligit lapides suos in hyeme, Hiere.22.c, Vx qui ædificat domū suā in iniustitia & concacula sua & nō in iudicio. Amicum suum opprimit fruſtra, & mercedem non reddet ei, d. Qui dicit ædificabo mihi domum lacram.

V ¶ Male deſtruitur, Prouer.17.b, Qui conturbat domum suam poff' debit ventos, 14.b, Domus impiorum deſlebitur, tabernacula iuſtorum gerimabunt, 15.c, Domus ſuperborum demolietur dominus, d. Conturbat domum suam qui ſeſtatur auaritiam, 17.a Melior est buccella ſicca cum gaudio q̄ domus plena viſtimis cum iurgio, Eccles.10.d, In pigritijs humiliabitur contignatio, & in infirmitate manuum perifilabit domus, Ecc.21.a, Obiurgatio & iniuria annulabit ſubſtantiam, & domus quæ nimis locuples eſt annullabit superbia, ſic ſubſtantia ſuperbi eradicabitur.

VI ¶ Debitē gubernatur, Gene.30.d, Iustum eſt igitur, vt aliquando prouideam etiam domū meā. Verba ſunt Iacob ad Laban, Prouer.12.b, Nouit iustus iumentorum ſue rum animas, 15.a, Domus iusti plurima fortitudo, & in fructibus impij conturbatio, Eccī. 4.d, Noli eſſe ſicut leo in domo tua euertens domésticos tuos, & opprimens ſubiectos tibi, 32.d, Et à filijs

tuis

D O.

Fol. 77

tuis caue & à domesticis tuis attēde, 33.c, Filio & mulieri f. arri & amico non des potestatem ſuper te in vita tua, & ne dederis alii poſteſionem tuam, ne forte te premeat & dep̄ceris pro illis. Dum adhuc ſuperes & capras, non immutabit te omnis caro, M. Ius eft enī ut alii tui te rogent, q̄ te respicere in inanis filiorum tuorum.

VII ¶ Plene ſirmatur, Prou.29.b, Sicut avis transmigrans de nido ſuo, ſic vir qui derelinquit locum ſuum, Eccī.29.d, Inutinam vītę. Abſtinentia. 2. Melior eft victus pauperis ſub tegmine aſſerum, qua epulæ ſplendide in peregre, ſine domicilio. Minimum pro magnō placeat tibi, & unproperum peregrinationis non audies. Vta nequam hoſpirandi de domo in domum, & vbi hoſpitarit non fiduciāliter aget nec appetier os ſuum. Hoſpitarit & paſcet & portabit ingratos, & adhuc amata audiet. Transi hoſpes & ornamenſiam, & q̄ in manu habes ciba cæteros. Exi a facie honoris inimicorum meorum neceſſitudine domus mea, hoſpicio mihi factus es frater. Grauia hæc homini habenti ſenſum, correptio domus & improperium facerant: s.

I ¶ Dona diuina liberaliter à deo dantur. Vnde David ait, 1.Para.29.d, Tua ſunt omnia & q̄ de manu tua accepimus, dedimus tibi, Job.41.3, Et quis ante dedit mihi, vt reddam ei, Eccī.11.b, Bona & mala, vita & mortis, paupertas & honestas à deo ſunt, Roma.11.d, Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso iunt omnia, 1.Cor.4.b, Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriariſ quāli non accepisti? Ephe.4.b, Vnicuiq; noſtrum data eft gratia ſecundum menſuram donationis Christi propter qđ dicit: Ascendens in altum captiuum duxit captiuitatem dedit dona hominibus, Iaco.1.c, Nolite itaq; erare fratres mei dilectiſimi. Omne datum optimum, & om̄

D O.

& omne donum perfectum de sursum est descendens
a patre lumineum.

II ¶ Multipliciter ordinantur, Matt. 25.b, Sicut es
nisi homo peregre proficitens vocat: ferros suos
& tradidit illis bona sua . Et vni dedit qui nōq; talenta
aliq; autem duo, aliq; vero vnum, vnicuiq; secundum
propriam virtutem, 1.Cor. 7.b, Sed vniquisq; pro
prium donum habet ex deo, alius quidem sic alius ve
ro sic, 12.a, Vnicuiq; autem datur manifestatio spiri
tus ad virilitatem, Ephes. 4.c, Et ipse dedit quosdam
quidem apostolos, 1.Pet. 4.c, Vnusquisq; sicut acces
pit gratiam in alterutrum illam administrantes.

III ¶ Utilem operantur, Psalmi, 119.b, Intellectus
bonus omnibus facientibus eum, Ecc. 11.b, Datio dei
permanet iustis, & profectus illius successus habebit
in aeternum, Matth. 25.b, Abiit autem qui quinq; ta
lenta accepit, & opera: us est in eis & lucratus est a
lia quinq;, Ait illi dominus eius: Euge serue bone &
fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te
constituan, intra in gaudium domini tui , Luc. 12.f,
Omni autem cui multum datum est, multum quære
tur ab eo, & cui commendauerunt multum plus petent
ab eo, Lu. 19.c, Homo quidam. Negotiatio.j.

IV ¶ Dona humana fluctuose tribuuntur. Vnde
Jacob muneribus Iram fratris placare studuit, Gene
32.d, Cumq; dormisset ibi nocte illa, separauit de his
quae habebat munera Esaū fratri suo, Proverb. 18.c, Dos
num hominis dilatat viam eius, & cante principes spa
cium ei facit, 21.b, Munus absconditum extinguit iras
& donum in sinu indignationem maximam, 22.b, Vi
ctoriam & honorem acquireret qui dat munera , Ecc. 18.b, Fili in bonis non des querelam , & in omni das
to non des tristitiam verbi mal. Nonne ardorem re
frigerabit ros. Sic & verbum melius quam datum,
Nonne ecce verbum super datum bonum? Sed vtra
que

D O.

fol. 72

que cum homine iustificato, 26.b, Est qui multa redi
rat modico precio, 43.d, Cum dederis ne imprope
res, Actuum, 10.g, Beatus est magis dare quam ac
cipere.

V ¶ Periculose accipiuntur, quia libertatem adi
munt, Proverb. 22.b, Animam autem auferunt accipien
tium, Ecc. 18.c, Stultus acriter improperebit, & das
tus indisciplinati rabescere facit oculos, 20.b, Est da
tum quod non est uile, & est datum cuius retributio
duplex. Datus insipientis non erit uilis tibi, oculi
enim illius septem plures sunt. Exigua dabit & multa
improperabit, & capitulo oris illius inflammatio est,

VI ¶ Veritatem peruentur, Exod. 23.a, Nec acci
pies munera, quae etiam exceccant prudentes, & sub
uertunt verba iustorum, Proverb. 15.d, Qui odit mu
nera uiuet, Ecc. 20.d, Xena & dona exceccant ocu
los iudicium, & quasi murus in ore auertit correctio
nes eorum. Custodes sepulchri dominici muneribus
ad falsum inducti fueri dicendum, Matth. 28.c, Quæ
cum abhyscent, ecce quidam de custodibus venerunt
in ciuitatem, & nunc iauerunt principibus sacerdotiis
omnia quæ facta fuerant. Et congregati cum seniori
bus, consilio accepto pecuniam copiosam dederunt
multibus dicentes: Dicite quia d scipuli eius nocte ve
nerunt, & furati sunt cum nobis dormientibus.

VII ¶ Poenitatem adducunt, Job. 15.d, Ignis de
uorabit tabernacula eorum qui munera libenter ac
cipiunt, Ecc. 4.d, Non sit porrecta manus tua ad aca
cipiendum, & ad dandū collecta, Esa. 33.c, Qui exec
tit manus ab oī munere, iste in excelsis habitabit.

E B.

E BRIETAS Iram Dei prouocat, Esa. 5.c, Vt
qui consurgitis mane ad ebrietatem festan
dam, & potandum usq; ad vesperam ut vino
gustatis , Cithara & Lyra & tympanum & tibia,
& vi-

& vinum in conuiuis vestris, & corpus domini non re
spicitis, nec opera manuum eius consideratis, f. Vt
qui potentes estis ad b. bendum vinum, & vii fortis
ad nesciam ebrietatem. Balthasar temulentus va-
sis templi domini abutēs eadem nocte interfect⁹ fuit
Danie, s. a. Præcepit ergo iam temulentus, Ioei. x. b,
Expergiscmini ebr̄ij & flete, & v'lulate omnes qui bis-
bitis vinum in dulcedine; qm̄ perijtab ore vestro.

II ¶ Mēntē alienat, Gene. 9. c. Cœpit Noe vir agri-
cola exercere terram & plantauit vineam. Bibensq;
vinum inebriatus est & nudatus in tabernaculo suo,
Esaie. 28. a. Vt corone superbis ebris Effraim, & flo-
ri decidenti, & gloria exultatione eius, qui erant in
vertice vallis pinguisſime errātes à vino, b. Verum hi
quoq; p̄r̄ vino nescierunt, & p̄r̄ ebrietate errauerūt
Sacerdos & propheta nescierunt præebrietate, ab-
sorpti sunt à vino, errauerūt ab ebrietate nescierunt
videntem, & ignorauerunt iudicium. Omnes enim
mens⁹ replete sunt vomitu, sordidumq; ita vt nō esset
locus ultra, sc̄. d. Verite sumamus vinum & implea-
mūr ebrietate & erit sicut hodie: sic & cras, & multo
amplius.

III ¶ Libidinem inflamat, Vnde Loth ebrius ini-
cāsum cum filiabus commisit, Gene. 19. g. Veni in-
ebriemus eum vino, Proverbio. 20. a. Luxuriosa res
vinum, Ephes. 5. d. Et nolite inebriari vino in quo est
luxuria.

IV ¶ Corpus eneruat. Vnde Helophernes temu-
lentus à maliere occisus est, Judith. 13. a. Porro Ho-
lophernes iacbat in lecto nimia ebrietate sop̄tus,
Prou. 17. d. Qui inebriat ipse quoq; inebriabitur.

V ¶ Substantiam dissipat, Prover. 25. c. Noli esse in
conuiuis potatorum nec in comeditionibus eorum
qui carnes ad conuescendum conferunt, quia vacan-
tes potibus, & dātes symbola cōsumentur, Ecc. 19. a
Operarius ebriosus non locupletabitur.

VI ¶ Pacem

VI ¶ Pacem separat, Prou. 20. a. Turmulusa ebr̄ie-
tas, 23. d. Cui v̄c cuius patr̄v̄z, cui rixaz, cui fouaz,
cui line cauia vulnera, cui suffosio oculorum? Non-
ne his qui commorantur in vino, & student calicibus
eporandis, Ecc. 31. d. Ebrieratis animositas imprudē-
tis offensio minorans virtutem & faciens vulnera,
Oze. 7. b. Cœperunt principes furere à vino.

VII ¶ Secretum manif. stat, Prou. 31. a. Nullum se-
cretum est ubi regnat ebrietas, Ecc. 31. d. Ignis, p̄bat
ferrum durum, sic vinum corda superborum arguet
in ebrietate, Abac. 2. d. Vt qui potum dat amico suo
mittēs fel suū, & inebriās, vt aspiciat nuditatē eius.

I ¶ Ecclesiē fundatum, Esaie. 54. c. Ecce
ego sternam per ordinem lapides tuos, Martha. 7. d.
Omnis ergo qui audit verba mea h̄ec & facit ea, assi-
milabitur viro sapienti qui edificauit dominum suam
supra petram, & descendit pluma, & venerunt flumina,
& flauerunt venti & rruerunt in dominum illam &
non cecidit. Fundata enim era supra petram, sc̄. c. Ec-
ego dico tibi, quia tu es Petrus & super h̄ac petrā edis-
ficabo ecclesiā meā, & portæ inferi non præuale-
bunt aduersus eam, sc̄. Cor. 3. b. Secundum gratiā que
data est mihi, fundamentum posui, alius aut̄ superæ-
dificat, c. Fundamentum eñi aliud nemo potest pone
re, præter id quod positū est, quod est Christus Iesus
Ephe. 2. d. Super ædificati super fundamēnum aposto-
lorum & prophetarum, ipso summo angulari lapide
Christo Iesu, in quo omnis edificatio cōfigūcta crescit
in templum sanctum in domino, in quo & vos coedifi-
camini in tabernaculum dei in spūlancto, sc̄. Pet. 2. a
Ad quem accedentes. Domus. 2.

II ¶ Firmamēnum, Esaie. 54. c. Sicut in diebus Noë
istud mihi est cui iurauit ne inducerem aquas diluuij
ultra super terram, sic iurauit vt non irascar & non in-
crepem te. Montes eñi cōmouebūtur, & colles cōtre,
K miscent

miseritatem misericordia autem mea non recedet a te, & fides pacis meae non mouebatur. Dixit miserator tuus dominus, Matt. 24, b. Ita ut in errore minducantur (si fieri potest) etiam electi, Lu. 6, g. Omnis qui venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos, ostendam vobis cui similes sit. Similis est homini redicenti domum, qui fudit in altum, & posuit fundatum supra petram, inundatione autem facta illud est flu men domui illi, & non potuit eam mouere, fundata enim erat supra petram, Luc. 22, c. Simon: Ecce satanas expetiuit vos, ut cribraret sicut triticum. Ego autem rogaui pro te ut non deficiat fides tua. Et tu ali quando conuersus confirmas fratres tuos, 1. T. m. 3, d. Hec tibi scribo fili, ut si quis quomodo oporteat te in domo dei conuersari, quæ est ecclesia dei vivi, columna & firmamentum veritatis.

III ¶ Complementum. Nam hic recipit & bonos & malos, in fine segregabitur, Matt. 13, f. Sicut ergo colliguntur zizania & igni ciborum: sic erit in consummatione seculi. Mitteret filius homines angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium. Iterum simile est regnum colorum sanguinis missa in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Quam cum impleta esset eductio, elegerunt bonos in vala sua, malos autem foras misserunt, g. Sic erit in consummatione seculi, 25, a. Tunc simile erit. Matrimonium, 8.

I ¶ Eleemosyne Fructus deum placat, Tibi, b. Eleemosyna ab omni peccato & a morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Fiducia magna erit coram summo deo eleemosyna omnibus facientibus eam, 12, b. Bona est oratio cum iunctio & eleemosynæ magis quam thesauros auri recondere, quoniam eleemosyna a morte liberat, & ipsa est Proverbi,

quæ puræ at peccata, & facit inuenire vitam æternam, Prover. 15, d. Per misericordiam & fidem purgantur peccata, 4, a. Misericordia & veritate redimitur iniqtas, 21, b. Qui obrurat aurem suam ac clamorem pati perit, & ipse clamabit & non exaudietur, Ecclesiast. 3, d. Ignem ardenter extinguit aqua, & elemosyna resiftit peccato, & deus propsector est eus qui reddit gratiam. Meminit in posterum, & in tempore cœlum inueniet suum amentum, 7, a. Exortare & facere elemosynam ne despicias, 29, b. Propter mandatum assume pauperem, & propter inopiam eius ne dimittas eum vacuum, c. Conclude elemosynam in corde pauperis, & haec pro te exortabit ab omni malo, Danie. 4, e. Quamobrem rex confilium meum placeat tibi & peccata tua elemino, ynis redime, & iniquitates tuas inferis pauperum. Foritan ignorat deus delictis tuis, Luc. 11, f. Veruntamen quod superest date elemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.

II ¶ Meritum augmentat, Psal. 111, b. Dispersit deus pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Prover. 14, c. Qui autem miseretur pauperi beatus es erit, d. Qui calumniantur egentem exprobat factori eius, honorat autem eum qui miseretur pauperis, 19, c. Feneratur domino qui miseretur pauperis, & vicisti tundinem suam reddet ei, Ecclesiast. 12, a. Benefac iusto, & inuenies retributionem magnam, & si non ab ipso certe a domino, deci. quar. b. Secundum vires tuas exporrigenis da pauperi, 17, c. Eleemosyna viri quasi sacculus cum eo, & gratiam hominis quasi pupillam conseruabit, & postea resurget, & retribuet illis retributionem vnicuique in caput ipsorum, Esaiæ 58, c. Cum effuderis escharient animam tuam, & animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua & tenebre tuæ erunt sicut meridies, d. Et requiem dabit tibi dominus deus tuus semper, & splendoribus impletbit

K 2 animam

animam tuam, & ossa tua liberabit. Et eris quasi hor^tus irrigans, & sicut fons aquarum cuius non deficien^tat aqua, Matt. 10. d. Et quicunq^s potum dederit vni ex manibus istis, calicem aquæ frigide tantum in nomine discipuli, amen dico vobis non perder mercedem suam, 25. c. Venite benedicti patris mei, & posside te parati vobis regnum a constitutione mundi. Esus ruit enim & dedit s mili manducare. Sicut & dedi^t sis mili bibere. Holpes erā & collegisti me. Nudus & opernisti me. Infirmus & visitasti me. In carcere & venisti ad me. Tunc respondebunt ei iusti dicentes: Domine quando te vidimus esurientem & pauperem te, fitientem & dedicantib^m tibi potum, &c. Et respōdens rex dicer illis: Anīē d covobis, q̄ dū fecisti vni de his fratribus meis minimis, mihi fecisti, Lu. 12. d. Vendite q̄ possidetis & date elemosynā. Facite vobis facculos q̄ non veterascunt thesauros non deficiētēm in celis, quo fur non appropiat, neq; tinea corrūpit 16. c. Et ego vobis dico, facite vobis amicos de māmo na iniquitatis, vt cum defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula, Heb. 6. b. Non em iniustus est deus vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis q̄ ostendit in nomine ipsius, qui ministrasti sanctis & ministristis, 13. c. Beneficentia aut & cōmunicationis nolite obliuisci, talibus em hoīis promeretur deus, Act. 10. a. Orationes tuæ & elemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu dei.

III. ¶ Bonū multiplicat substātiæ corporalis, Psal. 40. a. Beatus qui intelligit super egenū & pauperē, in die mala liberabit eum dominus. Proe. 12. b. Qui pronus est ad misericordiam benedicetur, de panibus em suis dedit pauperi, Ecc. 7. d. Pauperi porrigit manum tuam vt perficiatur propitiatio & benedictio tua, 29. c. Elemosyna viri quasi facculus cum eo. Super scutum potentis & super lanceam aduersus inimicum tuum pugnabit.

III. ¶ Subs-

III. ¶ Substantia temporalis, Proe. 3. b. Honora dominum de tua subitania, & de pr. m. tis omnium frugum tuarum dā pauperibus, & inq̄ libet ut ho. rea tua iuratur, & vino torcularia tua redundabat, ix. d. Alii diuidit propria & d. t. o. res sunt, 28. d. Qui dat pauperi non indigebit, qui despiciet deprecantem sufficiabit penuria, 3. Luc. c. f. Date & dabitur vobis, 2. Corin. 9. b. Potens eis autem deus enim gratiam abundare facere in vobis, vt in omni b. i. s. f. n. per oēm sufficiētiam habentes, abundetis in emne opus bonum.

V. ¶ Eleemosynæ modus quo ad intentionem v. f. at ob det g. oram, Matr. 6. a. Cum ergo facis elemosynam, noli tuba cane, & ante te sicut hypocrita faciunt, in synagog. & civis vt honorentur ab hominibus. Amici dico vobis receperunt mercedem suam. Te autem faciente elemosynam nesciat finis tui quid faciat dextera tua, vt sit elemosyna tua in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito redet tibi.

VI. ¶ Ad proximi indigentiam subleuandam, Deus. 25. b. Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ Idcirco ego præcipio tibi, vt aperias manum tuâ fratris tuo ego, & pauperi qui visfatur tecum in terra Thob. 4. c. Panem tuum cum esurientibus & egenis comedere, & de vestimentis tuis nudos tege, Ecc. 12. a. Si benefecieris seculo cui feceris, & erit gratia in bonis tuis multa. Da misericordiæ & ne suscipias peccatorem. Da bono, benefic humili & non dederis impi, & ne receptoris peccatorem, b. Prohibe panes illi dare, ne in his potentior te sit, Esai. 58. c. Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosq; induc in domum tuâ. Cum videris nudum operi eum, Marc. 14. a. Semper enim pauperes habebitis vobis sum, & cum volueritis potestis illis benefacere, Luc. 3. b. Qui habet duas tunicas dicit non habenti, & qui habet easas similiter, 19. b. Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus

geribus, . Cor. 8, c. In præsentî tempore vestra abundancia illorum inopiam suppletat.

VII. ¶ Q[uod] prosequitur ut fiat de proprio, Tobi. 4, b. Ex substantia tua fac eleemosynam, & non si auertatur fiscum tuum ab illo paupere. Ita enim fieri ut non auertatur a te fiscus domini.

VIII. ¶ Hilari animo, Tob. 4, b. Quomodo potueris ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundantier tribus, si exiguum tibi fuerit libenter impartere iuste. Ecc. 4, a, & si eleemosynam pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne auertas a paupere. An in umbrâ elatiem ne despixeris, & non exasperes pauperem in inopia sua. Cor inopis ne afflixeris, & non prostrabis datum angustiati. Declina pauperi sine tristitia auctem tuam, 18, b. In omni dato non des tristitiam verbali mali. Nonne ardorem refrigerabit os. Sic & verbum melius quam datum, Roma. 11, b. Qui misereatur in hilaritate, . Corinþ. 9, b. Hilariter enim dato rem diligit Deus.

I. ¶ Euangeli fructus. Q[uod] predicâtem, Danie. 11, b. Qui autem docebit fieri fulgebunt quasi splendori raimentum, & qui ad iustitiam crudelium inultos quasi stellæ in perpetuas æternitates, 1. Cor. 9, c. Nam & si euangelizavero, non est mihi gloria. Nec est sitas enim in hi incumbit. Si enim volés hoc ago mercedem habeo, Gala. 1, b. Notum enim vobis facio fratres euangeliu quod euangeliatum est a me. quia non est secundum hominem. Neque enim ego ab homine acceperi illud, sed per revelationem Iesu Christi, 2. Timo. 4, d. Attende enim tibi & doctrinæ insta in illis. Hoc enim sciens te ipsum saluum facies, & eos qui te audiunt, secundo, Timoþ primo, e. Noli ira que erubescere testimonium domini nostri, neque me vindictum eius, sed collabora euangelio secundum virtutem Dei.

II. ¶ Audient

II. ¶ Audientem Preuer. 29, c. Cum prophœtia deficerit dissipabitur populus, qui vero custodiens legem beatus erit, Etia. 29, f. Et audient in die illa surdi verba libri. Et addent imites in domino lætitiam, & pauperes homines in sancto Israel exultabunt. Nō modo, g. Confauo. x. 30, c. Et non faciet auolare à te ultra doctorem tuum, & erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tuæ audient verbum post tergum monentis. Hæc est via ambulare in ea, & non declinabitis neq; ad dexteram neq; ad sinistram, 49 b. Parum est ut ius milii seruus ad fulcendas tribus Iacob, & feces Israel conuertendas. Dedi te in lucem gentium ut sis salus mea usque ad extreum terræ, quinque. secun. d. Iste asperget gentes multas super ipsum continebunt reges os suum. Quia quibus non est narratum de eo viderunt, & qui non audierunt contemplati sunt, 41, a. Spiritus domini super me, eo quod vinxerit me dominus. Ad annuncianendum malueris misit me, Hiere. 23, c. Si stetissent in cõsilio meo, & nota foret verba mea populo meo, averti stem utriq; eos a via sua mala, & a cogitationibus suis p. ss. mis. 26, a. Noli subtrahere ubi sum si forte audiant & conuertatur unusquisque a via sua mala, & posse nitat me mali quod cogitare facile ei propter malitiam studiorum, Sopho. 3, c. In die illa non confunderis super cunctis adiunctionibus tuis, quibus prævaricata es in me. Quia tunc auferam de medio tui magni loquacitatis tua. Et derelinqua in medio tui populum pauperem & egenum, & sperabunt in nomine domini. Rediquia Israel non facient iniurias, nec loquetur mendacium, & non inuenietur in ore eorum lingua dolosa, Roma. 1, b. Non enim erubescere euangeliu. Vicetus enim d[omi]n[u]s est in salutem omni credenti. Iustitia emendi in eo reuelatur ex fide in fidem, 1. Cor. 15, a. Notum autem vobis facio fratres euangeliu quod prædictavi vobis, quod & accepisti, in quo & statim,

per quod & salua mīni, Hebræo. ro. c. Contestatur autem nos & spiritus sanctus postquam enim dixit. Hoc autem testamentum quod testabοr ad illos, poti dies illos dicit dominus, dabo leges meas in cordibus eorum, & in mentibus eorum superscribam eas, & peccatorum & iniquitatum eorum non recordabor am plus.

III ¶ Euangelij usus bonus quoad prædicantem ut prædicandi habeat autoritatem, Esa. 41. g. Primus ad Sion dicet: Ecce adsum & Hierusalem euangelistas dabo, Mathe. 9. d. Messis quidem multa operarij autē pauci. Rogate ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suam, 24. b. Et prædicabitur hoc euan gelium regni in vniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet consummatio, Ioan. 17. c. Ego dedi eis sermonem tuum. Sicur tu me misisti in mundum, ita & ego misi eos in mundum, Ro. ro. c. Quomodo vero prædicabunt nisi mittantur, 15. d. Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me nō effecit Christus in obediētiā gentium, in verbo & factis, in virtute signorum & prodigiorum, in virtute spiritus sancti, Tit. 2. d. Haec loquere & exhortare & argue cum omni imperio. Ne uno te contemnat.

IV ¶ Aliorum querat felicitatem, Matthe. ro. a. Infirmos curate, mortuos suscitare, gratis accepitis gratis date. x. Cor. 11. a. Si linguis hominum loquar & angelorum charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalam tinniens, 2. Corinth. 4. b. Non enim nos metipos prædicamus, sed Iesum Christum dominum nostrum, nos aut seruos vestros per Iesum. 12. e. Non enim querō quæ vestra sunt sed vos, x. Thessa. 2. a. Nec enim aliquando fuimus in sermone adulatio nis sicut scitis, nec in occasione auaritiae, deus testis est, nec querentes ab hominibus gloriam, neque à vobis. Labor. 2. A. Et. 20. g. Argentum & aurum aut vestem nullius concipiui.

V ¶ Vicitus

V ¶ Vicitus accipiat necessitatem, Matt. ro. b. Nō lire possidere aurum neq; argentinum, neq; pecuniam in zonis vetitis, Nō peram in via neq; duas tunicas, neq; calcianzena, neq; virgam. Dignus est enim operarius cibo suo. Marci e. b. Et præcepit eis ne quid tollerent in via nisi virgam tancuin, non peram, nō panem, neq; in zona es, sed calciatos sandalijs, & ne induerentur, duabus tunicis. Lucæ 8. a, dicitur quod mulieres quædam lequentes dominum, ministrabāt ei de facultatibus iūis. 9. a, Nihil ruleritis in via. 20. b In eadem autem domo manete edentes & bibentes quæ apud illos sunt. Dignus est enī operarius mercede sua, Roman. 15. f. Probauerunt enī Macedonia & Achaea collationem aliquam facere in pauperes sanctos. Placuit enī eis, & debitores sunt. Nam si spiritus alium eorum participes facti sunt gentiles, debent & in carnalibus ministrare eis. 1. Cor. 9. a. Quis militat suis stipendijs in quaum. b. Si nos vobis spirituallia seminavimus, magnum est si nos carnalia vestra metemus. Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edunt. Et qui altario deferunt cum altario participant, ita & dñs ordinavit ihs, qui euangeliū annunciant de euangeliō vivere. Galatas e. b. Communiceat autem is, qui catechizatur verbo ei qui se catechizat in omnibus bonis. 1. Thessa. 5. c. Rogamus autem vos fratres, vt noueritis eos qui labo, ant inter vos, & præsumt vobis in domino, & monent vos vt habeatis illos abundanter in charitate, propter opus illorum, & pacem habete cum eis. 1. Timo. 5. c. Qui bene præsunt presbyteri duplice honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo & doctrina. Dicit enī scriptura: Non alligabis os boui tritiranti, & dignus est operarius mercede sua. 2. Timo. 2. b. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus accipere. Intellige quæ dico. Hebræorum 13. b. Mementote præpositorum

K 5 vistro-

E V.

vestrorum qui vobis locuti sunt verbū dei.

VII. ¶ Hoiap̄iā seruit habitatē. Matth. 10. b. In quācumq; autem ciuitatē, aut castellū intrauerit, interrogate quis in ea dignus sit, & ibi manere debet excaſis. Intraſtres autem domum ſalutare eā decones. Pax nunc domini. Et ſiquidē fuit domas illa digna, veniet p̄ x verba ī p̄t e. ac tu autem non facias cīgī, pax verba reuerterit ad vos. Luciferorū: In quācumq; domum intrauerit s. b. Noli te trahere de domo in domum. 3. Ioann. c. Nos ergo debemus ſacipere huiusmodi ut cooperatores fratris veritatis.

VIII. ¶ Vara habeat exemplaritatem. Matth. 5. c. Quia ergo ſoluerit vnum de mandatis tuis minimis, & decuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno celorum. Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno celorum. 23. a. Super cathe dram Meū federant ſcribere & phariseū. Omnia ergo quācumq; dixerint vobis ſeruare & facite, ſecundum opera vero eorum nolite facere. Rom. 13. c. Qui ergo alium doceſ te pium non docet, qui prædicat non frāndum, furaris. Qui dicit non marchandum interdicas. 1. Cor. 9. d. Cautio corpus meū & in servitatu redi. ne forē cū alijs prædicauerim ipse reprobos efficiar. 1. Tim. 4. d. Nemo adoleſcentem tuū contemnat, ſed exemplū eſto fidelium, in verbo, in conuersatione, in charitate, in fidu, in castitate. 2. Timo. 2. c. Sollcite autem cura reūp̄n probabile exhibe, re di o operā ū inconfusiblē reſte trahantē verbum veritatis. 1. Thmo. 2. b. In omnibus tēp̄m præbe exemplū bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate.

VIII. ¶ Dicendorū proponat vilitatem. Nume. 22. d. Si dederit mihi Balach plenam domum suam, argenti & aurū, non potero immutare verbum dñi, vt vel plus, vel minus loquar. Verba ſunt Balaam.

Sic

E V.

Fol. 78

Sic & M̄chias propheta. 3. Re 7. 11. c. Vicit dominus quia quo deinceps dixerit mihi dñs hoc loquar. Eſa. 4. b. V; mihi q̄a tacui, q̄a pollutus labihs ego sum 40. c. Super montē excelsū ascende tu, qui euangelizis Sion, exulta in fortitudine voce tuam, q̄ etiam gelatas Hierusalem. Exulta noli timere, dic ciuitatib; Iudei: Ecce deus veſter, Ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo. 52. Quām pulchri ſuper mōtes pedes annunciantis, & prædicantis pacem, annunciantis bonū, prædicantis ſalutem. 58. a. Clama ne cefles quāt tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Hierem. 1. b. Noli dicere quia puer ego sum: quoniam ad omnia ad quae mittant te ibis, & vniuersa quae māduero tibi loqueris ad eos. Ecce dedi verba mea in ore tuo. Num 1. d. Ecce ſuper montes pedes euangelizantis, & annunciantis pacem. Matt. 10. a. Euntes autem prædicate dicentes. Quia appropinquauit regnum celorum. 13. g. Ideo omnis ſcriba doctus in regno celorum, ſimilis est homini patrifamilias quā profert de theſlauro ſuo noua & vetera. 18. d. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus sancti, docentes eos feruare quācumq; mandauit vobis. Marc. 16. d. Euntes in mundū in viuere ū p̄dicate euangeliū om̄i creature. Galatas 1. b. Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepit is anathema fit. 1. Thessa. 2. a. Exhortatio enim noſtra non de errore, nec de impietate, nec in dolo, ſed fieri probari ūmis a deo, vt credet etur nobis euangeliū ita loquiatur, non quāli hominibus placentes, ſed dico q̄ i probat corda noſtra. 1. Timoth. 4. c. In ep̄ras autem & anides ſubtilis deuita. 2. Timoth. 2. c. Noli contendere verbis, ad nihil enim vtile est nifi ad ſubuersionem audiencium. Prophana autem & vaniloquia deuita. Multū enim proficiunt ad impierarem, & ſermo eorum ut cācer

cer serpit. d. Stultas autem & sine discipula quæstio-
nes deuita, sc. ens quia genera: t. s. Sicutum autem
dñi. Contentio. 2.4.a, Testim: coram deo & Iesu
Christo qui iudicaturus est viuos & mortuos, & per
aduentum ipsius, & regnum eius, prædicta verbum,
initia opportune, importune, argue, obsecra, incre-
pa, in omni patientia & doctrina. Erit enim tempus
cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua
debetia coacerabunt sibi magistros, pruriens au-
ribus, & à veritate quidem audiu: auerterent, ad fa-
bulas autem conuertentur. b. Tu vero vigila in o-
mnibus labora, opus fac euangelia, misericordia tu-
um imple, sobrius esto. Titulus 2.a. Tu autem loque-
re quæ decent sanam doctrinam. 3.c. Stultas autem
quæstiones & genealogias & contentiones & pugnes
legis deuita. Actuum 24. g: Disputante autem illo
de iustitia & castitate & de iudicio futuro tremefac-
etus Felix.

IX. ¶ Verborum reddat claritatem, Esa. 50.b: Dñs
dedit mihi in qua eruditam, ut sciām suscitare eū,
qui lastus est verbo, Macth. 7.a: Nolite dare sanctum
canib: neq; mitratis margaritas veletras ante por-
cos ne forte concilcent eas pribus suis, & canes cō-
ueri dirumpant vos. 10.c. Quod dico vobis in tene-
bris, dicite in lumine, & quod in aure auditis prædi-
cate super recta. r. Cor. 1.c: Nō em misit me Christus
baptizare, sed euangelizare non in sapientia verbi,
vt non euacuetur crux Christi, Verbum enim crucis
pereut: tibus quidem stultitia eit, his autem qui salui
sunt, id est nobis dei virrus est. Nam quia in dei
sapientia non cognovit mundus per sapientiam deum
placuit deo per stultitiam prædicantis saluos face-
re credentes. 2.a, Et ego quin venissim ad vos fra-
tres, veni non in sublimitate sermonis, aut sapientia
annuncians vobis testimonium Christi, Non enim iu-
dicau: me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christū,
& hunc

& hunc crucifixum, b. Sapientiam autem loquimur
inter perf. Etio., Sapientiam vero non huius seculi,
neq; principum huius seculi q; definiuntur, sed loqua-
mar de sapientia in mysterio, quæ abscondita eit,
quam prædestita aut deus ante secula in gloriam no-
stram c. Nos autem non spiritum huius mundi: acce-
pimus, sed spiritum qui ex deo eit, vt sciāmus quæ à
deo donata sunt nobis, quæ & loquimur, non in do-
ctris humanæ sapientiae verbis, sed in doctrina spiritu-
tus, spiritualibus spiritualia comparantes. Animalis
autem homo non percipit ea quæ sunt ipsi dei. Stul-
titia enī eit illi, & non potest intelligere, quia spiritualiter
examinatur. Spiritualis a ute: iudicat omnia, &
ipse à nemine iudicatur. Nos autē sensum Christi ha-
bemus. 3.a. Et ego fratres no: a potui vobis loqui qua-
si spiritualibus, sed quasi carnalibus, tanquam parau-
lis in Christo lac vobis pocum dedi nō eicam. 2. Cor.
2.d, Non enim sumus licet plu:imi adulterantes ver-
bum dei, sed ex fynicitate, sicut ex deo, coram deo,
in Christo loquimur. 4.a, Ideo habentes hanc admis-
trationem, luxu: quod miser cordiam consequi-
sumus, non desiccamus, sed abdicamus occulta des-
decoris, non ambulantes in astutia, neq; adulteran-
tes verbum dicit, sed in manifestatione veritatis. 5.
d. Et posuit in nobis verbum reconciliatiōis. Pro
Christo ergo legacione fungimur tanquam deo ex-
hortante per nos. Obsecramus pro Christio reconciliatiō-
mem deo. x Timo. 1.a, Sicut rogaui te vt remaneas
Ephesi quum irem in Macedoniam, vt denuncia-
res quibusdam ne alter docerent, neq; intenderent
fabulis & genealogiis interminatis, quæ quereliones
præstant magis quam ædificationem dei quæ est in
fide. Secundi Timoth. x. d, Formam habe sanorum
verborum, quæ à me auditum in fide & dilectione in
Christo Iesu.

X. ¶ Veritatis teneat firmamentum, Psalmo 4.y.c,
Dominus

Dominus dabit verbum euangelizantibus. Esa.49.a
Et posuit os meum quali gladium acutum, 51.e: Po-
sui verba mea in ore tuo. Hiere.1.b: Ne timeas à fa-
cie eorum, quia ego tecum sum ut cruan te dicit do-
minus, d. **Ne formides à facie eorum, nec enim timea-**
re te faciam vultum eorum. Ego quippe dedit te ho-
die in ciuitatem inimicam, & in columnam ferream,
& in murum teneum super omnem terram regibus
Iuda, & principibus eius, & sacerdotibus, & omni po-
youlo terræ, & belabunt aduersum te, & non praetex-
ebunt, quia ego tecum sum. Ezech.3.b: Ecce dedit fa-
ciet tuam valentem faciebus eorum, & frontem
tuam duriorem fontibus eorum, ut adamantem &
vt silicem dedit faciem tuam. d. **Fili hominis specula-**
torem dedit te domui Israhel, & audies de ore meo ver-
bum, & annuncias eis ex me. e. **Si dicere me ad im-**
pium morte morieris non annuncias ei, neque lo-
cutes fueris, vt auertatur à via sua impia & viuac,
ipse impius iniquitate sua morietur, sanguinem au-
tem eius de manu tua requiram, Si autem tu annun-
ciaueris impio, & ille non fuerit conuersus ab impie-
tate sua, & à via sua impia, ipse quidem in impietate sua
moriatur, tu autem animam tuam liberalis. Sed si co-
uersus iustus iustitia à sua fuerit, & fecerit iniqtatę,
ponans offendiculum coram eo. Ipse morietur quia
non annuncias ei. In peccato suo morietur, & non
erunt in memoria iustitiae eius quas fecit: sanguinem
vero eius de manu tua requiram, Si autem tu annun-
ciaueris iusto vt non peccet iustus, & ille non pecca-
uerit viuens viuet, quia annuncias ei, & tu anima-
tuam liberalis. 33.a: **Fili hois loquere ad filios populi**
mei. b. **Audies ergo ex ore meo sermonem, annuncias**
bis eis ex me. Si dicere me ad impium: ipse morte mori-
eris, neque si locutus vt se cufiodiat impius, à via sua, ipse impius in iniqtate sua morietur, sanguinem
autem eius de manu tua requiram, Si autem annun-
ciantem

clante ad implium, vt à via suis conueratur, ne fues-
tit conuersus à via sua, ipse in iniqtate sua morietur,
perdita anima in iniquliberalis. Dan.10.c: **Ven-**
tuntamen annuncias tibi quod expressum est in
scriptura veteris. Mich.5.c: **Venuntamen ergo re-**
pletus sum fortitudine spiritus domini, iudicio &
veritate, vt annunciam Iacob filius Ium, & Israel
peccatum suum. Matth.22.b: **Magi ter leamus quia**
verax es, & viam dei in veritate doces, Luc.9.g. **Si**
ne vt mortui sepeliant mortuos tuos, tu autem vade
& annuncia regnum dei. Acta.4.d. **S. iustum es in**
conspicu dei vos potius audire quam deum, iudica
te. Non enim postulamus quae vidimus, & audiimus
non loqui, 20.e. **Quapropter contemper vos hodierni**
da die, quia inunda sunt à lingue omnium. Non
enim subterfugi quo minus annunciatem vobis o-
mine consilium dei.

VI ¶ Vix bonus quo ad audientem vt audiat in-
tellectualiter, Psal.118.i. **Declaratio sermoni tuo**
rum illuminat, & Esa.50.d Quis ex vobis tamens do-
minum audiens vocem serui eius. Matth.15.a. **Qui**
habet aures audiendi audiat. c. **Omnis qui audit ver-**
bum regni, & non intelligit venit malus & rapit qd
feminatum est in corde eius. Marc.1.b: **Poenitemini**
& credite euangeli.

VII ¶ Perficiat effectualiter. Job 36.b: **Reuelabit**
quodque aurem eorum, vt corrupti, & loqueretur vt res-
uertantur ab iniqritate sua, Si audierint & obserua-
uerint, complebunt dies finos in bono, & annos sus-
os in gloria. Psal.50.c **Docet iniquos vias tuas, &**
impiu ad te conuertentur. Esa.2.2. **Venite ascendamus**
ad montem dñi, & ad domum dei Iacob, & docebim
nos vias suas, & ambulabimur in iuris eius, qd de
Sion exhibit lex, & verbū dñi de Hierusalem. Hiere.11.
b. Audite vocē meā, & facite omnia quia pcpit vobis
& eritis mihi in p̄p̄lm, & ego ero vobis in dñi. Matt.
 7.d.

7.d: Omnis ergo Ecclesia. 1. Joan. 10. e: Ques meæ vocem meam audiunt, 18. g: Omnis q[uod] est ex veritate audit vocem meam, Acto. 2. g: Erant autem perseverantes in doctrina apostolorum.

XIII ¶ Teneat perseveranter, Galatas 1.a: Miror quod. Perseverantia 1. Ephesios 4. c: Non sumus parvuli fluctuantes, & circumferimur omni vento doctrinæ in nequitia hominum in astutia ad circumventionem erroris. Colo. 2.b: Videte ne quis vos decipiatur per philosophiam, & inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum, Heb. 13. b: Doctrinis varijs & per egrinis nolite abduci.

XIV ¶ Euangelij abusus quoad prædicantē. Nā seipsum ingerit, Iob 32. b: Ostendam scientiam mēam. Plenus sum enim sermonibus & coartat me(a)it Helviū ad Iob) spiritus vteri mei. En venter meus quasi mustum absq[ue] spiraculo, quod lagunculas nouas dirumpit. Lo quar & respirabo paululum, 1. Cor. 14. f: Mulieres in ecclesijs taceant. 1. Timot. 2. d: Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Docere autem mulieri non permitto, e. a: Si quis aliter docet & nō acquiescit fauis sermonibus dñi nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est doct: inge. superbus est nihil sciens, sed languens circa quæstiones & pugnas verborum, ex quibus oruntur iniuidæ, contentiones, blasphemiae, suspitiones male, conflictationes hominum mente corruptorum, qui à veritate priuati sunt, existimantium quæstū esse pietatem d. O Timothee depositum custodi, deuitas prophanas vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt.

XV ¶ Alium inficit. Prone. 15. b: Doctrina mala de seruentium viam vitæ. Esa. 56. d: Speculatoris eius ce ci omnes nescierunt yniuersi, canes muti non valentes la-

tes latrare, videntes vana, dormientes & amantes somnia, canes impudentissimi nescierunt saturitatem. Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam. Hierem. 5. g: Strupor & mirabilia facta sunt in terra, Prophetæ prophetabant mendacium, & sacerdotes aplaus debant manibus suis, & populus meus dilexit talia. Quod igitur fieri in nouissimo eius. Matt. 15. b: Sinite illos eam et sunt & duces cæcorum. Lucæ. f: Nunquid potest cœcus cœcum ducere? Nonne ambo in foueam caduntur. Timo. 7. b: Finis autem præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non figura. A quibus quidam aberrantes conuersti sunt in vaniloquium volentes esse legis doctores, non intellegentes neq[ue] que loquuntur neque de quibus affirmant. 2. Timo. 3. d: Mali autem homines & seductores proficient in peius errantes & in errorem mittentes. Titum 1. c: Sunt enim multi etiam inobedientes vaniloqui & seductores, maxime qui de circuncisio ne sunt, quos oportet redargui, qui yniuersas domos subuertunt, docentes quæ non oportet turpis luci gratia.

XVI ¶ Deum offendit. Esa. 3. e: Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum, Ezech. 13. c: Væ q[uod] cōfunt. Adulatio 4. Miche. 3. d: Prophetæ eius in pecunia diuinabant, & super dñm requiescebant dicentes. Nunquid non dominus in medio nostrum. Non venient super nos mala. Propter hoc causa vestri Sion quasi ager arbitur. Matt. 5. c: Qui ergo soluerit vnu de mandatis ilius in nimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno celorum. Lucæ 11. g: Et vobis legispetitis vñ, quia oneratis homines oneribus que portare non possunt, ipsi vero dixito vestro non tangitis sarcinas. Vñ vobis legispetis q[uod] tulistis clauem scientiæ, ipsi ron introiabit, & eos q[uod] introiabant prohibueris. Rom. 16. c: Rogo autem vos fratres vt obseruetis eos qui dissensiones & offendicula

L la præter

la præter doctrinam quam vos didicistis faciunt, & declinate ab illis, hu. utmodi enim Christo dño nostro non seruunt sed suo ventri, & per dulces sermones & benedictiones ieducunt corda innocentium.

XVII. ¶ Quo ad contemnentem, ipsum requireret despiciendo. 2. Para. 36. c: Mittebat autem dominus deus. At illi tubannabant nūcios dei. Deritio. 1. Isa. 5. f: Abiecerunt enim legem domini, & eloquum sancti Israël blasphemauerunt. Ideo iratus est furor domini in populum, & extendit manum suam super eum, & percussit eum. 30. c: Populus enim ad iracundiam prouocans est, & filii mendaces, filii nolentes audire legem. Qui dicunt videntibus, nolite videre, & aspicientibus nolite aspicere nobis ea que recta sunt. Loquitimini nobis placentia, videte nobis errores, auferre à me viam, declinare à me semitā, cesset à facie mea sanctus Israël. 33. a: Quis credit audi tui nostro, & brachium dormiri cui reuelatum est? Ezech. 3. b: Domus autem Israël nolunt audire te, ga nolunt audire me. 33. g: Venite audiamus quis sit sermo egrediens à domino. Et veniunt ad te, quasi si in greditatur populus, & sedent coram te populus meus. Et audiunt sermones tuos & non faciunt eos, ga in canticum oris sui vertunt eos. Lucæ 10. c: Qui vos audit me audit, & qui vos spernit me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum qui misit me. Io. ann. 12. g: Qui spernit me & non accipit verba mea habet qui iudicet eum. Sermo quem loquutus sum ille iudicabit eum. Quia ego ex meipso loquutus nō sum, sed qui misit me pater, ipse mihi mandatum dedit, quid loquar. 2. Cor. 4. a: Quod si etiam opertum est euangelium nostrum, in iis qui pereunt est operatum, in quibus deus huius seculi excœcauit mentes infidelium, ut non fulgeat illuminatio euangeli glo riae Christi, qui est imago dei. 1. Thessalo. 4. b: Itaque qui hęc spernit non hominem spernit, sed deum, qui erana

eriam dedit spiritum suum sanctum in nobis.

XVIII. ¶ Opere turpiter negligendo. Hieresm. 7. ez Hoc verbum præcepit eis dicens. Audite vocem mē & ero vobis deus, & vos eritis mihi populus, & ambulare in omni via quam mandauī vobis, vt bene sit vobis. Et non audierunt nec inclinaverunt aurem suā, sed abiérunt in voluntariis, & in prauitate cora dis sui mali. f: Et misi ad vos omnes seruos meos per diem, consingens diluculo & mittens, & non audierunt me, nec inclinaverunt aurem suam, sed induerunt cervicem suam. Perit fides & ablata est de oce eorum. 35. c: Ego autem loquutus sum ad vos de mane consurgens: & loquens & non obeditis mihi, misi ad vos omnes seruos meos prophetas, consurgens diluculo, mittensq; & dicens: Conuertimini yos nusquam à via sua pessima, & bona facite studia vestra. Et non inclinatis aurem vestram neq; audistis me. 4. d: Sermonem quem loquutus es ad nos in nomine dñi non audiemus exte, sed faciemus omne verbum quod egreditur de ore nostro. Matth. 7. d: Et omnis qui audit verba mea hęc & non facit ea, si similis erit viro stulto, qui edificauit domum suam super arenam, & descendit pluvia, & venerunt fluminia, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illā, & cecidie & fateruina eius magna. Luc. 6. g: Qui aut audit & nō facit similis est homini edificati domum suam super terram, sine fundamento, in quam illisius est fluvius, & continuo cecidit. & facta est ruina eius magna. Roman. 10. d: Sed non omnes obediunt euā gelio. Galatas 3. a: O insensati Galatae qui vos fascinavit non obediere veritati Iaco. 1. d: Estote autem factores verbi & non auditores tantum fallentes vosmet.

XIX. ¶ Malū super se inducēdo. Job 36. b: Si autē nō audierint, trāsibunt p gladium, & cōsumētur in fūltitia sua. Ezecl. 3. g: Fūtu fili hois. Ecce data sunt

Super te vincula, & ligabunt te in eis, & non egredies
ris in medio eorum, & linguam tuam adhaerere fa-
ciam palato tuo, & eris mors, nec quasi vir obiurgas
quia domus exasperas est. Ozee 9.d. Abiiciet eos do-
minus deus meus quia non audierunt eum. Zacha,
7.c. Et noluerunt attendere & auerterunt scapulam
recedentes, & aures suas aggrauauerunt ne audiret,
& cor suum posuerunt ut adamantem ne audiret le-
gem, & verba quae misit dominus exercituui in spi-
ritu suo sancto, per manum prophetarum priorum.
Qui enim humiliatus fuerit erit in gloria, Psalmo 17. d. **Q**ui tu populum humilem salvum facies. 33. d. **E**t humiles spiritu salvabit. 50. d. **Sacrificium deo spiritus contribulatus.** 112. b. **Q**uis sicut dominus deus nos fuerit qui in altis habitat, & humilia respicit in celo & in terra. **Suscitans de terra inopem.** Ut collocet eum cum principibus. 114. b. **C**ustodiens parvulos dominus, humiliatus sum & liberavit me. **Prouer.** 15. d. **Gloriam praeedit humiliatas.** 18. b. **A**ntequam conteratur exaltatur cor hominis, & antequam glorificetur humiliatur. 29. d. **H**umilem spiritu suscipiet gloria. Ecclesi. 3. c. **Q**uanto magnus es, humiliata est in omnibus & coram deo inuenies gratiam. Esaiae 57. d. **Q**uia haec dicit excelsus & sublimis habitans aeternitatem, & sanctum nomen eius in excelso, & in sancto habitans, & cum contrito & humili spiritu, ut viuiscet spiritum humilium, & viuiscet cor contritorum. 56. a. **A**d quem autem respiciam nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos. Mattaei 18. a. **Quicunq; ergo humiliaueri se, sicut parvulus iste, hic maior est in regno celorum.** 23. b. **E**t qui se humiliauerit, exaltabitur. Luce 1. e. **R**espexit humiliatorem ancillæ suæ. **D**eponuit potentes de sede & exaltauit humiles, Iacobi 4. c. **H**umiliamini in conspectu domini, & exaltabit vos, Petri 5. b. **H**umiliamini sub potenti manu dei, ut vos exaltebit in tempore visitationis.

III **I**Apud homines, Prouer. 11. a. **V**bi autem est humiliitas ibi sapientia, 25. a. **N**e gloriofus appareas coram rege, & in loco magnatorum ne steteris, Me illius est enim ut dicatur tibi, Ascende huc quam ut humilieris coram principe, Eccle. 10. c. **R**adices genitum superbarum arefecit dominus, &c.

Memoriam superborum perdidit deus, & res linquit memoriam humilium sensu, 11. a. **S**apientia humiliati, Honor, 11. Luce 14. b. **C**um inuitatus fues-

ris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honorior te sit inuitatus ab illo, & veniens is quod te illum vocavit, dicat tibi da hunc locum, & tunc incipias cum labore nouissimum locum tenere. **S**ed cum vocatus fueris vade recumbe in nouissimo loco, ut cum venerit qui te inuitauit dicat tibi. Amice ascende superius, & tunc erit tibi gloria coram simul discubentibus, quia omnis qui sed exaltat humiliabitur, & omnis qui se humiliat exaltabitur.

V **C**Humilitas vera deum attendit. **S**ic David coram arca iudens se humiliauit, 2. Regum 6. c. **A**bijt ergo David & adduxit arcam dei, Eccl. 13. b. **H**umiliare deo & expecta manus eius, Esaiae 45. d. **M**ili curuabit omne genu, Luce 17. c. **S**ic & vos cum feceritis omnia quæ precepta sunt vobis, dicit serui inuitiles sumus, Iaco. 4. b. **S**ubditi estote deo.

VI **C**Seipsam vilipendit. **S**ic Abraham, Genesis 18. d. **L**oquar ad dominum meum cum sim puluis, & cuius. Deutero. 9. b. **S**cito ergo, quod non propter iusticias tuas dominus deus tuus dederit tibi terram hanc optimam in possessionem, cum durissimæ certiuis sis populus. **M**emento & ne obliuiscaris, quos modo ad iracundiam prouocaueris dominum deum tuum, 2. Regum 6. d. **D**ixitque David ad Michol, **V**iuit dominus quia ludam ante dominum. **E**t ludam & vilioram plus quam factus sum: & ero humili in oculis meis. Eccle. 7. b. **H**umilia valde spiritum tuum, quoniam vindicta carnis impij ignis & vermis, 13. b. **A**ttende ne seductus in fruilitate humilieris. **N**oli esse humili in sapientia tua, ne humiliatus in stultitia seducaris, Luce 18. c. **E**t publicanus a longe stans, nobebat nec oculos in colum ledare. **D**ico autem vobis descendit hic iustificatus in dominum suam ab illo, quia omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur.

VII. **C**Proximum magnipendit, **S**ic Moses alium aptiorem

aptiorem pro populi de ægypto eductione iudicans ait. Exod.3. c: *Quis sum ego ut vadam ad pharaonem & educam filios Israel de ægypto?* Romanor.12. d: *Non alta sapientes sed humilibus consentientes.* Ephefios 4. a: *Obsecro itaque vos. Dilectio proximi;* Subiecti inuicem in timore domini. Philip.2. a, sed in humiliitate, Ibidem 1. Petri 5. b: *Omes enim inuicem humiliati inuicem.*

VIII ¶ *Humilitas facta malum intendit.* Sic absalō facta apud pp'm humiliatione regnū patris ambiuit. 2. Regū 15. a: *Igitur post hæc fecit ibi Absalō currus & equites, Eccle. 19. d:* *Est q̄ nequiter humiliat te & interiora eius plena sunt dolo. Et est iustus q̄ se nimis submittit à multa humilitate: & est iustus q̄ inclinat faciem suā, & fingit non videre se quod ignoratum est. Et si ab imbecillitate virū vetatur peccare si inuenierit tempus inalefaciendi malefaciet.*

I ¶ **Hypocrisis** prohibitio, Ecc. 1. d: *Ne fueris hypocrita Cor 3. Luc. 12. a: Attendite à fermēto Pharisæorum quod est hypocrisis.*

II ¶ **Condition.** Esaïæ 55. a: *Qui dicunt recede à me: non appropinques mihi quia iuermundus es.* Matth. 23. a: *Omnia vero opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus.* c. *Vt vobis scribæ & pharisæi hypocritæ qui similes estis sepulchrī dealbatis, quæ à foris parent hominibus speciosa, intus vero plena sunt offibū mortuorum, & omni spuriicia.* Sic & vos à foris quidem parentis hominibus iusti, intus autem pleni estis hypocriti & iniquitate.

III ¶ **Punitio,** Iob 8. c: *Spes hypocritæ peribit.* Non ei placebit recordia sua: & sicut tela aranearum fiducia eius. 13. c, non enim veniet in conspectu eius omnis hypocrita. 13. d: *Congregatio enim hypocritæ sterilis.* 20. a: *gaudii hypocrita ad instar puncti.* Si ascendenter vñq; ad cœli superbia eius, & caput eius nubes

bes terigerit. Quis sterquilinium in sine perdetur, & q̄ eum viderant dicent, vbi est? Velut somnium a uolans nō inuenientur. b. Filii eius atterentur egista, & manus illius reddent ei dolorem suū. 27. b: *Quis est enim spes hypocritæ, si auare rapiat, & nou libet deus animam eius?* Nunquid audiet deus clamorem eius, cum venerit super eum angustias? Eccle 3. d: *Cor ingrediens duas vias non habebit successus.* Matthei 14. d: *Partemq; eius ponet cum hypocritis, illuc erit flatus & tridor dentium.*

I.

¶ **Polołatrie** prohibitio stricta. Exod. 20. a: *Non habebis deos alienos coram me.* Non facies tibi sculptile neq; omnem similitudinem que est in celo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aqua sub terra. Non adorabis ea neq; coles. d. Non facies deos argenteos, nec deos aureos facies vobis. 23. c. Non adorabis deos eorum, nec coles eos. 34. c. Deos consimiles non facies tibi. Les uitic. 19. a. Nolite conuerri ad idola. Nec deos consimiles facies vobis: *Ego dominus deus vester.* Deut. 4. c. Non vidistis aliquam similitudinem in die qua locutus est vobis dominus in Oreb de medio ignis. Ne forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinem aut imaginem, masculi vel feminæ, similitudinem omnium iumentorum quæ sunt super terram, vel auium sub celo volantium, atque reptilium quæ mouentur in terra, sive piscium quæ sub terra morantur in aquis, ne forte eluatis oculis. Astrologia 1. 5. a. Non habebis deos alienos in conspectu meo. Non facies tibi sculptile nec similitudinem omnium quæ in celo sunt de super, & quæ in terra deorsum, & quæ versantur in aquis sub terra. Non adorabis ea & non coles. 10. d. Non plantabis lucum, & omnem arborem iuxta altare dñi dei tui, nec facies tibi atq; constituës

confitues fratuan quæ odit dominus deus tuus. 4. Regum 17.g: Nolite timere deos alienos & non adoretis eos neq; colatis eos. Psalmo 95.b: Quoniam omnes dij gentium dæmonia. Esaie 40.e: Cui ergo si mulier fecisti deum aut quam imaginem ponetis eis Nunquid sculptile confablit faber, aut artifex auro figurabit illud, & laminis argenteis argentarius. II ¶ Conditio vana. Iudic. 6.f: Nunquid vtores es tis Baal, Si deus est, vindictet se de eo, qui suffodit aram eius. Job 31.c: Si vidi solem cum fulgeret, & lumen incidentem clare, & oscularus sum manum meam ore meo. Et latitum est in abscondito cor meum. Quæ est iniquitas maxima, & negotio contra deum altissimum. Psalmo 113.b: Simulachra getium agentium & aurum. Os habent & non loquentur, Aures habent & non audient, Manus habent & non palpabunt. Sap. 33.b: In felices autem sunt & inter mortuos spes illorum, qui appellauerunt deos opera manuum hominum. d: Nō erubescit loqui cum illo, qui sine anima est, & pro sanitate quidem infirmum deprecatur, & pro vita rogit mortuum, & in adiutorium inutilem invocat, & pro itinere petit ab eo qui ambulare non potest, & de acquirendo, & de operando, & de omnibus rerum euentu, petit ab eo, qui in omnibus est inutilis. 14.d: Infandorum enim cultura idolorum omnis mali causa & initium & finis. Aut enim dum latentur insaniant, aut certe vaticinantur falsa, aut viuunt iniuste, aut perirunt cito. Esa. 2.c: Opus manuum suarum adorauerunt quod fecerunt digitio eoꝝ. Et incurvauit se homo, & humiliatus est vir. 40.e: Forte lignum & imputribile elegit sibi artifex sapiens. Quarit quomodo statuat simulachrum, quod nō mouetur. 44.b: Nunquid est deus absq; me, & formator quem ego non nouerim? Plasias idoli omnes nihil sunt, & amantissima eorum nō proderunt ei. Ipsi sunt testes eorum quia non vident,

dent, neq; intelligunt, vt confundantur. c: Plantauit pinum quam pluua nutritum, & facta est hominibus in focum. Sumpit ex eis & calefactus est, & succedit & coxit panes, de reliquo operatus est deus, & adoravit, fecit sculpiile & curuatus est ante illud. Medicum eius combusit ignis, & de medio eius carnes coxit, comedit & saturatus est, & calefactus est, & dixit neq; cognoscunt neq; sentiunt vt dicant. Medietatem eius combusiti igni & coxi super carbones eius panes coxi carnes & comedti, & de reliquo eius idolum faciam. Ante tricūm ligni procidam. Vach calefactus sum quia vidi focum. Reliquum autem eius deum fecit, & sculptile fibi. Curuatur ante illud & adorat illud, & obsecrat dicens. Libera me quia deus meus es tu. Nescierunt neq; intellexerūt. Non recogit in mente sua, Cor iniipiens adorabit illud & non liberabit animam suam, neq; dicet forte mendacium est in dextera mea. 46.b: Cui assimilasti me & aequalasti & comparasti me, & fecisti similem. Qui conferisti aurum de fucculo, & argentum statera ponderatis, cōducentes artificem vt faciat deum, & procedunt, & adorant. Portant illum in humeris gestantes, & posentes in loco suo, & stabit ac de loco suo non movebitur, c. Sed & cum clamauerint ad eum non exaudiens: de tribulatione non saluabit eos. Memens tote illud & confundamini: redite prævaricatores ad cor.

II ¶ Punition dura, Vnde ob vitulum conflatilem per Aaron factum occisi fuerūt quasi viginti tria misericordia hominum, Exod. 32.a: Videns autem populus quod moram faceret descendendi de monte Moles. Deutero. 4.d: Si genueritis filios ac nepotes, & morati fueritis in terra, decepti q̄ feceritis vobis aliquam similitudinem, patrantes malum coram domino deo vestro, vt cum ad iracundiam prouocetis, testes inuoco hodie celum & terram, cito perituros vos esse de terra

de terra, quam transito Iordanem possessuri estis. 13. b
 Si tibi voluerit persuadere frater tuus, filius matri
 tui aut filius tuus, vel filia, tue vxor quae est in sinu
 tuo, aut amicus quem diligis ut animam tuam, clam
 dicens, Eamus & ieruamus dñs alienis, quos igno-
 ras tu & patres tui, cunctarum in circuitu gentium
 quae iuxta vel procul sunt ab initio usq; ad finem ter-
 ra, non acqueicas ei nec audias, neq; parcas ei ocul-
 us tuus, ut miserearis & occules eum, sed statim in-
 terficies, c. Sit primum manus tua super eum: & post
 te omnis populus mittat manum. Lapidibus obrus-
 tus necabitur, 27. c. Maledictus homo qui facit scul-
 pt. le. Psalm. 96. a. Confundantur omnes qui adorat
 sculptilia. 113. b. Similes illis sicut qui faciunt ea. Isa.
 42. b. Gloriam meam alteri non dabo & laudem mea
 sculptilibus, c. Confundantur confusione q; confundat
 in sculptili, q; d. cuncti confundantur vos dij nostri. Hiero.
 2. c. Transite ad iniustas cethim, & videte si factum est
 huiuscmodi, si mutauit gens deos suos. Et certe ipsi
 non sunt dii. Populus vero meus mutauit gloriam suam
 in idolum. Obstupecite cali super hoc, & porte eius
 desolamini vehementer dicit dominus.

III ¶ Occasio volupuoſa. Exod. 32. b. Surgentes
 mane obtulerunt holocausta & hostias pacificas, &
 sedid populus manducare & bibere, & surrexerunt
 ludere. Sap. 14. b. Initium enim fornicationis est ex-
 quisitio idolorum, & adinuentio illorum corruptio
 vitæ est. Neq; enim erat ab initio, neq; erunt in perpet-
 tuum. Superacuitas enim hominum haec adinuenit.
 Accesba enim luxu dolens pater, ciro sibi rapti filii
 fecit imaginem, & illum qui tunc quasi homo mor-
 tuus fuerat, nunc tanq; deum colere coepit, & consti-
 tuit inter seruos suos sacra & sacrificia.

I ¶ **Ieiunium** boni Modus quid ad intentionem,
 Mat. 6. c. Tu autem cum ieiunias vng caput tuum, & fa-
 ciem tuam lava; ne videaris hominibus ieiunias: sed
 patri

patri tuo qui est in abscondito, & pater tuus qui vis-
 der in abscondito, reddet tibi.
 II ¶ Prosecutione. Nu. 30. c. Si voluerit & iuramen-
 to se constituerit, vt per ieiunium vel cetera regi rerū
 abstinentia abstingat aliam suam, in arbitrio viri erit si fa-
 cit (vxor scilicet) siue non faciat. Quod si audiēs vir
 tacuerit, & in alterum diem distulerit sententia, quic
 quid voluerat atq; promiserat redder, quia statim vt
 audiuit tacuit. Sin autem contradixerit postq; rescindit
 portabit ipse iniqtatem eius. Isa. 58. b. Nonne hoc est
 magis ieiunium quod elegit? Dissolue colligations im-
 piatit, solue fasciculos deprimentes. Dimitte eos q;
 confracti sunt liberos & omne onus diripe. Frange
 elumenta, Eleemosyna e. Iocel. 1. c. Sanctificate ieiuni-
 um, 2. d. Canite tuba in sion: sanctificate ieiunium
 2. Cor. 6. a. In omnibus exhibeamus nos sicut dei mi-
 nistris in multa patientia, in ieiunij.

III ¶ Fructus Dei placat: Hinc Moses ira dñi pla-
 catus pro virtuti adoratiōe quadraginta diebus ieiun-
 nauit, Deu. 9. c. Et procidi ante diū sicut prius quā
 draginta diebus & noctibus panē non comedens, &
 aquā non bibēs propter oīa peccata vestra, q; gesuūtis
 contra dūm, & eū ad iracundiam prouocasti. Timuit
 enim iram & indignationē illius, qua aduersum vos
 cōcitatius delere vos voluit. Et audiuit me dñs etiam
 hac vice. Achab cōminationē dūi per prophetā audiēs
 in cilicio & ieiunio se hūiliavit. 1. Reg. 21. g. Itaq; cū
 audiret Achab sermones istos, sic Niniuītae audiē-
 tes prophetā Ionā subuersiōnem ciuitatis prophetā
 tem in humilitate ieiunariūt. Ionā. 3. b. Et crediderūt
 viri Niniuītae dūo & prædicauerunt ieiunium,

IV ¶ Victoria præstat de hoste spūali. Matth. 17. d

Hoc autem genus non cōcitat nisi per orationē & ieiunium.
 V ¶ Corporali. Sic & filii Israhel bis debellati a Phî
 listim ieiunantes & orantes tertia vice vñctores fue-
 runt, primo Regum septio. b. Dixit autem Samuel

congregate vniuersum Israel in Masphar, & orem pro vobis dominum.

VI ¶Carnem refrenat, Psalmo 34.c, Humiliabam in ieunio animam meam, 108.c, Genua mea infirma ta sunt propter oleum,

VII ¶Orationem iuuat, Tob. 12.b, Bona est oratio cū ieunio. Dan. in ieunijs facio & cinere orauit dñm. Dan. 9.a, In anno primo Darij filij Assueri.

VIII ¶Ieunij mali qualitas, Esaiæ. 58, Clama ne cesses quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Me etenim de die in diem querunt, & scire vias meas voluit, quasi gens que iustitiā fecerit, & q̄ iudicium dei sui non dereliquerit. Rogant me iudicia iustitiae, & appropinquare deo volunt. Quare ieunauimus & non aspexit: humiliauimus animas nostras, & nesciit. Ecce in die ieunij vestri inueniuntur voluntas vestra, & omnes debitos vestros repertis. Ecce ad lites & contentiones ieunatis, & percutis pugno impie, b. Nolite ieunare sicut usque in hanc diem, vt audiatur in excelsō clamor vester. Nū quid tale est ieunium quod elegi per diem affligere hoiem animam suam? Nungd̄ titud vocabis ieunium acceptabile dñs? Nungd̄ contorquere quasi circulā caput suis: & saccū & cinerem sternere, Matth. 6.b, Cū ieunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Exterminant em facies suas, vt pareant hoib⁹ ieunantes. Amē dico vobis, receperunt mercedem suam.

IX ¶Vanitas, Hiere. 14.b, Cum ieunauerint non audiam preces eosq; Eccl. 3.4.d: Qui baptizat à mortuo, & iterū tangit mortuū, quid prodest lauatio illius: si homo q̄ ieunat in peccatis suis, & iterū eadem faciēs, qđ proficit humiliando se? Orationē eius, &c. Matthēi 6.b, Amen amen dico vobis, receperunt mercedem suam.

X ¶Ieunium Christi, Matth. 4.a, Tunc Iesus ductus

etus est in desertum à spiritu, vt tentaretur à diabolo & cum ieunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea eiūr̄t, Mar. 1.b, Et statim spiritus expulit eum in desertum. Luca 4.a, Iesus autem plenus spiritu sancto regressus est à Iordanē & agebat in spiritu in desertum.

I ¶**Ignorantia** turpiter admittitur. Job 22.b, Qui dixerūt deo, Cognitio 2, Sap. 13.a, Vani autem sunt omnes hoīes in q̄bus non subest scientia dei. Hiere. 8.c, Milius in celo cognovit rēpus iūi. Osee 4.a, Audite verbum dñi filij Israel, Non est em̄ veritas. Cognitio 1.e.c, Misericordiam volui. Ibidem. x Cor. 13.e, Ignorantiam em̄ dei quidā habent, Eph. 4.e, Hoc igitur dico & testificor in dño: vt iam nō ambuletis tūc & gentes ambulant. Cœcitas 21

II ¶Grauitate punitur, Esa. 5.d, Propterea captiuus ductus est populus meus qa non habuit scientiam, 27 d, Non enim populus sapiens, propterea non miserebitur eius qui fecit eum, Bar. 3.c, Et quoniam non haberunt sapientiam, interierunt propter suam insipientiam. Osee 4.b, Quia tu scientiam repulisti repellem te nō sacerdoti fungaris mihi. Et oblitera es legis dei tui, obliuiscar filiorum tuorum & ego, d. Et populus non intelligens vapulabit, 1. Cor. 14.g, Si quis ignorat ignorabitur.

I ¶**Imitandus** deus. Singulariter. Deut. 13.a, Dñm deum vestrum sequimini, 3. Regū 18.d, Vsq̄ quo claudicatis in duas partes. Si dñs est deus sequimini eū, Esa. 51.a, Audite me q̄ seqmimi qđ iustum est: & queritis dñm. Attendite ad petram vnde excisi es sitis. Hiere. 3.f, Patrem vocabis me, & post me ingressi non cessabis, Mat. 8.c, Et accedens unus scriba ait illi, Magister sequar te quoconq; ieris. Et dixit ei Iesus, Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, si Ius autem hominis non habet ubi caput suum reclinat.

net. 10. d. Si quis vult post me venire abneget semetipsum. 19. c. Si vis perfectus esse vade & vende omnia quae habes, & da pauperibus & habebis thesaurum in celis, & veni sequere me, Ioan. 10. e. Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas: & sequuntur me, & ego vitam æternam dabo eis, & non peribunt in æternum, & nō rapiet eas quisquam de manu mea. 23. b. Exemplum enim dadi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis ita & vos faciatis. Ephesios 5. a. Estote ergo imitatores. Dilectio dei 2. 1. Ioan. 2. a. Quid dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare.

II ¶ Celeriter. Matth. 4. d. At illi continuo reliquis retibus & patre (Petrus & Andreas) secuti sunt eum 3. c. Alius autem de discipulis eius ait illi. Domine permitte me primum ire & sepelire patrem meum. Iesus autem ait illi. Sequere me & dimittite mortuos sepelire mortuos suos. Lucæ 5. 6. Et post haec exiit, & vidit publicum unum nomine Leuci sedentem ad thelo-neum & ait illi. Sequere me, Et reliquis omnibus furgens secutus est eum.

III ¶ Diligeret. Iob 23. c. Vestigia eius secutus est pes meus, viam eius custodii nec declinauit ex ea. Hierem. 17. b. Et ego non sum turbatus te pastorem sequens. Matth. 10. d. Et qui non accipit. Crux 4. Luke 9. c. Si quis vult post. Crux 5. g. Sicut ut mortui sepeliant mortuos suos: tu autem vade & annuncia regnum dei. Et ait alter: Sequar te domine: sed permette mihi primo renunciare his qui domi sunt. Ait ad illum Iesus. Nemo mittens manum ad aratrum, & alpiciens retro, aptus est regno dei. 1. Petri 2. d. Quia & Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia eius. 4. a. Christo igitur passo. Voluntas 2.

IV ¶ Exulanter, Eccles 2. c. Quid est inquit homo ut si qui possit regem factorem suum, Eccle. 23. d. Glos-

d. Gloria magna est seq dñm: longitudo enim dierum astumeratur ab eo. Mar. 11. d. Tollite iugum meū super vos, & discite à me, qd mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. 19. d. Amen dico vobis quod vos qui secuti etis me, in regeneratione cum Iederit filius hois in fede maiestatis suæ, sed debitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israël. Ioan. 8. b. Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. 12. d. Si quis mihi ministrat me sequatur. Et vbi sum ego illic & minister meus erit. 14. a. Ego sum via, veritas & vita.

V ¶ Imitandus homo prudenter. Psalm. 3. a. Noli emulari in malignisibus, b. Noli emulari in eo, qui prosperatur. Prov. 3. d. Ne emularis hominem iniustum, nec iniusterias vias eius, 4. c. Ne deleceris in femitis impropiorum. 24. a. Ne emularis viros malos. Hie rem. 10. 1. luxta vias. Astrologia 2. Cor. 4. d. Rogo ergo vos imitatores mei electi, sicut & ego Christi, id o mali ad vos Timotheum, qd vos commonecat vias meas qd sunt in Christo Iesu. x. Cor. 2. d. Christi bonus odor sumus deo: in his qui salvi sunt & in his qui pereunt. Alijs quidem odor mortis in mortem: alijs autem odor vita in vitam. Philip 3. d. Imitatores mei estote. Crux 3. 4. b. De cætero fratres. Co gratio 2. 2. Thei. 3. b. Denunciamus autem vobis in nomine domini nostri Iesu Christi, ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, & non secundum traditionem quam accepistis a nobis. Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos. Hebræo. 6. c. Cupimus autem vnuinquemq; vestrum eandem ostentare sollicitudinem, ad expletionem spei, vñsq; in finem, ut non segnes efficiamini, verum imitatores eorum qui fide & pacientia hæreditabant promissiones. 3. Ioan. c. Charistime noli imitari malum sed quod bonum est.

I **C**on*Impii*. Deum contemnunt. Iob 21.b. Qui dixerunt deo recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus, Quid est omnipotens ut seruamus ei & quid nobis proderit si o rauerimus illū? Psalmō 11 b. In circuitu impij ambulant. 13 a. Dominus de celo prospexit super filios hominum. Omnes declinauerunt simul inutiles facti. 35. a. Dixit iniustus ut delinquit in seipso. Quoniam dolose egit in conspectu eius. Iniquitatem meditatus est in cubili suo. Pro uerb. 2. c. Qui relinquit iter rectum & ambulant per vias tenebrosas qui laetantur cum maleficerint & exultant in rebus pessimis. 11. c. Impius facit opus instabile. 15. b. Abominatione est domino via impij. d. Longe est dominus ab impijs. 18. a. Impius cum in profundum venerit peccatorum contemnit, & sequitur eum ignominia & opprobrium. 21. d. Vir impius pro caciter obsecrat vultū suum. Ecclesi. 8. e. Est & alia vanitas qua sit super terram. Sunt iusti quibus mala proueniunt, quasi opera egerint impiorum, & sunt impij qui ita securi sunt quasi opera iustorum habent. Sapientiae decimoquarto. b. Similiter autem odio sunt deo impius & impietas eius. Esaiae 28. d. Audite verbum domini viri illusores. Dixistis enim Percussimus fædus cum morte, & cum inferno fecistis pastum. Poluiimus mendacium spem nostram: & mendacio protecti sumus. 30. c. Populus enim ad iracundiam prouocans est. Euangeliū 17. Hierem. 7. b. Ecce vos confiditis vobis in ieronimis mendacij, quæ non proderunt vobis, furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter, libare baalim, ire post deos alienos q̄s ignoratis. Et venistis & stetistis corā me in domo hac in qua innocutum est nomen meum, & dixistis, liberati sumus eo quod fecerimus omnes abominationes istas. 44. d. Sermonem quem. Euangeliū 18. Malach. tertio d. Invaluerunt super me ver-

ha vestra dicit dominus. Et dixistis: Quid locuti sumus contra te? Dixistis: Vanus est qui seruit Deo, & quod emolumentum quia custodiuimus præceptia eius, & quia ambulauimus tristes coram domino exercitu. Ergo nunc beatos dicimus arrogantes. Si quidem edificati sunt facientes impieates, & tentauerunt deum & salui facti sunt. Tunc locuti sunt timentes deum vnuisque ad proximum suum. Et attendit dominus & audiuit & scriptus est liber moniti menti coram eo, timentibus dominum & cogitantibus nomen eius. Et erant mihi ait dominus exercituum in die qua ego facio, in peculium, & parcam eis sicut parci vir filio suo, seruienti sibi. Et conuertimini & videbitis quid sit inter iustum & impium, & inter seruientem deo, & non seruientem ei,

II **C**on*Proximum opprimat*. Sic Aegypti filios Israēl, Exod. 12. b. Surrexit interea rex nouus super Aegyptum. Iob. 15. c. Cunctis diebus suis superbit impius, & numerus annorum incertus est tyrannidis eius 21. a. Quare ergo impij vivunt subleui sunt, conformati diuitijs. Semē eorum permanet coram eis, propinquorū turba & nepotum in conspectu eorum? Semē impiorum permanet coram eis. Domus eoz securæ sunt & pacata, & non est virga dei super illos Bos eorum concepit & non abortiuit, vaccā peperit, & non est priuata fœtu suo. Egressiuntur quasi greges paruuli eorum, & infantes eorum exultant lusibus. Tenent tympanum. Gaudium, 8. Prouer. 10. b. Os impiorum operit iniurias, 12. a. Verba impiorum insidiant sanguini, 21. b. Animaviri impij desiderat malum, non miserebitur proximo suo, 25. d. Fons turbatus pede & vena corrupta iustus cadens coram impij, 27. d. Cor in qui inquirit mala, 28. a. Viri mali nō cogitant iudicium, b. In exaltatione iustorum multa gloria, regnabitibus impijs ruinæ hominū, d. Cum surrexerint impij abscondentur homines, 29. a. In

multiplicatione iustorum latetabitur vulgus, cum impij multiplicent principatum gemit populus, 29.b. In multiplicatione impiorum multiplcabuntur sceleria & iusti ruinas eorum videbunt, Sapient. 2.c. Opprimitus pauperem & iustum, & non parcamus viduæ, nec veterano, nec reucreamur canos multi temporis Sit autem fortitudo nostra lex iniustitiae, Ecclesiast. 17.b. Narratio peccantium odiosa, Esa. 57.d. Impij sentem quasi mare feruens, quod quiescere non potest. Non est pax impiorum dicit dominus omnipotens, 39.b. Opera eorum opera iniuria, & opus iniquitatis in manibus eorum. Pedes corum ad malum currunt, & foliant ut effundant sanguinem innocentem. Vanius & contritus in vijs eorum. Viam pacis reculerunt, & non est iudicium in gressibus eorum. Semite eorum incurvæ sunt eis, omnis qui calcat in eis ignorat pacem.

III ¶ Seipso perdunt. In anima, Job. 10.c. Et si impius fuero vobis mihi est, 21.d. Quia in diem perditionis seruatur impius, & ad diem furoris ducetur, Psal. 20.e. Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis. Ponnes eos ut in clibanum ignis in tempore vultus tuus. Quoniam declinaverunt in te mala, Proverbio. 5.d. Iniquitates suæ capient impium, & funibus peccatorum furor, confingetur. Ipse morietur quia non habuit disciplinam, & in multitudine stultitiae sua de cipietur, 19.d. Annus impiorum breuiabuntur, 11.a. In impietate sua corruerunt impios, 14.d. In malitia sua repellent impios, Ecclesiast. 7.c. Ne impie agas mulsum, & noli esse stultus ne moriaris in tempore non tuo. Sapient. 3.b. Impij secundum quæ cogitauerunt correpti onem habebunt, qui neglexerunt iustum, & à domino recesserunt, 5.c. Talia dixerunt, in inferno huius peccauerunt, quoniam spes impiorum tanquam laetitia quæ a vento tollitur, & tanquam spuma gracilis, quæ a procella dispergit, Ecclesiast. 7.b. Vindicta carnis impiorum ignis & ver-

& vermis, 41.b. Væ vobis viri impiorum, qui dereliquistis legem altissimi. Et si nati fueritis in maledictione naesciunt: & si mortui fueritis, in maledictione nasciuntur. Omnia quæ de terra sunt, in terram conuentur, sic impiorum à maledictione in perditionem, Esa. 5.b. Væ impio in malum: retributio enim manuum eius fieri, 25.b. Miserearum impio & non discesserunt facere. In terra sanctorum iniqua gessit, & non videbit gloriam domini, Eze. 18.f. Si auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem secundum omnes abominationes quas operari solet impius, nunquid vivet? Omnes iustitiae eius, quas fecit, non recordabuntur. In prævaricatione qua prævaricatus est, & in peccato suo quod peccauit, in ipsis morietur.

III ¶ Prole, Job. 11.d. Oculi autem impiorum deficient, & effugium peribit ab eis, & spes illorum abominatio animæ, 21.c. Quoties lucerna impiorum extinguetur, & superueniet eis inundatio, & dolores diuidet furoris sui, erunt sicut paleæ ante faciem venti & sicut fauilla quam turbo dispergit. Deus seruavit filii illius dolorem patris, & quum reddiderit, tunc sci et, 27.c. Haec est pars impiorum apud deum, Psalm. 29.c. Fructum eorum de terra perdes & semen eorum, 36.e. In iusti autem disperbit simul reliqua impiorum, Sapient. quar. a. Multigena autem, Arbor 3.b. Ex ini quis enim, Filius 8. Ecclesiast. 4.o, c. Nepotes impiorum non multiplicabunt ramos, 41.b. Filii abominationum, Filius 9.

V ¶ Fama, Proverbio. 10.b. Nomen impiorum patres cert, 28.a. Qui derelinquist legem, laudent impium, Sapient. 4.c. Condemnat autem iustus mortuus viuos impios, & iuuentus celerius consummata, longa vitam iniungi, d. Videbunt enim finem sapientis, & non intelligent quid cogitauerit de illo deus, & quare minuerit illum dominus, Videbunt eum & contemnent eum

eum: illos autem deus irridebit: & erunt post hæc decedentes sine honore & in contumelia inter mortuos in perpetuum.

V. ¶ Substantia temporalis, Iob. 8, d, Tabernaculum impiorum non subsistit, Psalm. 1, b, Non sic impij non sicut, sed tanquam puluis, 36, c, Vidi impium superexaltatum: & transiui & ecce non erat, Prote. 3, d, Egeritas a domino in domo impij, 10, d, Quid timent impius veniet semper eum, 12, a, Non roboratur homo ex impietate, 14, b, Dominus impiorum delebitur, 28, a, Fugit impius nemine persequente, Ecc. 40, b, Substantia iniustorum sicut fluvius siccabuntur, & sic ut tonitruum magnum in pluia personabant.

I. ¶ **Induratio.** Oritur ex gratia subtraktione iusta, Exod. 4, e, Vide omnia ostenta quæ posui in manu tua facias coram Pharaone. Ego indurabo cor eius, & non dimittere populum meum, 7, a, Sed ego indurabo cor eius, 5, c, Idcirco autem posui te, ut ostendam in te fortitudinem meam, ut annuncietur nomen meum in vniuersitate terra, 10, a, Ego enim induravi cor eius, & feruorum illius, deci, quar, a, Et indurabo cor eius, & glorificabor in Pharaone, d, Ego autem indurabo cor Aegyptiorum ut persequantur vos, Ro. 9, d, Igitur non est volentis neq; currentis sed inferentis dei. Dicit enim scriptura, Quia in hoc ipsum excusat te, ut ostendam in te virtutem meam. Ergo cuius vult miseretur, & quem vult indurat, 10, d, Nunc quid Israel non cognovit? Primus Moses dicit, Ego ad emulacionem vos adducam in non gentem, in gentem insipientem, in iram vos mitam. Elias autem audet & dicit: Inuentus sum a non querentibus, parlam apparui his qui me non interrogabant. Ad Israel autem dicit: Tota die expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem mihi.

II. ¶ Ex gratia repulsione iniqua, Deuterono. 10, d
Cetiulcem

Ceruicem vestram ne induretis. Acceptio personarum, 1, 4, Regum. 17, c, Et telicatus est dominus in Israhel & Iuda. Reuertimini a vijs vestris pessimis. Qui non audierit sed indurauerit ceruicem suam iuxta ceruicem patrum suorum, qui noluerit obedire dictio deo suo, Esaiæ. 46, d, Audite me duro corde, qui longe estis a iustitia. Prope feci iustitiam meam, non elongabitur & salus mea non morabitur, 48, a, Sciuimus enim quia dux es tu, & nemo ferreus ceruix tua & frons tua ærea, Hier. 2, f, Quare dixit populus meus, Recessimus, non venientes ultra ad te, 3, b, Frons meretricis facta est tibi, nolueristi erubescere. Ergo saltet amodo vox mea pater meus es tu. Ecce loquuta es, & fecisti malam, & potuisse. Et pro verbis prenitentiæ verbis superbie blasphemasti, 5, a, Percussisti eos & non doluerunt, attriueristi eos & renuerunt accipere disciplinam. Ego autem dixi: Fortis pauperes sunt & stulti, ignorantia viam domini, & iudicium dei sui. Ibo igitur ad optimates, & loquar eis. Ipsi enim cognoverunt viam domini, & iudicium dei sui, b, Et ecce magis hi simul confregerunt iugum, ruperunt vincula, 15, b, Liberatori rogans, 18, b, Hoc dicit dominus, Cogitatio, 5, Zacha. 7, c, Et noluerunt attendere, Euangeliū, 19, Hebrei. 3, b, Quapropter sicut dicit spiritus sanctus. Hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra, c, Videte fratres, Fides, r, Actu. 7, f, Dura ceruice, Circumcisio, 4.

III. ¶ Indurato dire punitur. Pharaon corde indurato filios Israel persequens in mari rubro submersus est, Exo. 14, f, Persequentesque Aegyptij ingressi sunt post eos, Ecc. 3, d, Cor durum habebit male in nouissimo, Isa. 45, b, Vnde qui contradicit factori suo, Hieremi. 19, d, Ecce ego inducam super ciuitatem hanc, & super omnes vrbes eius vniuersa mala quæ loquuntur sum aduersum eam, qm indurauerunt ceruicem suam, & non audierunt sermones meos.

I. ¶ Infernalis

I **C**onfusio peccata. Horribilis ob absenti am omnes boni, Iob. 10, d. Dimitte ergo me, Conuersio, 7, Psalm. 48, c. Sicut ques in inferno positi sunt, 111, b. Peccator videbit & irascetur dentibus suis friter, Esaiae, 6, c. Ecce serui mei comedent &, Beatis tuto 2, Matth. 8, b. Filii autem regni ejcentur in te nebras extiores, ibi erit fletus & stridor dentium, Luca, 13, f. Discedite à me omnes operari iniquitas, Ibi erit fletus & stridor dentium, 16, f. Eleuans aus tem oculos suos cum esset in tormentis, vidi Abramam a longe, & Lazarum in sinu eius, & ipse clamans dixit: Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut re frigerer linguam meam, quia crucior in hac flamma.

II **C**Propter præsentiam omnis mali, Deuterio, 32, c Ignis succensus est in furore meo, & vsq; ad inferos peccatum illius, Iob, 24, c. Ad nimium calorem transiet ab aquis niuum, Psalm, 10, b. Pluit super peccatores laqueos ignis, 10, b. Ponit eos vi ciborum ignis in tempore vultus tui, Sapientia, 11, c. Per quæ peccat quis per hæc & torquetur, Ecclesiastes, 21, b. Stuppa collecta synagoga peccantium & consummatio illorum flamina ignis, Esaiae, 10, g. Præparata est enim ab heri tophet si rege præparata, profunda, & dilatata. Nutrimenti eius ignis, & ligna multa, flatus domini sicut torrens sulphuris succendens eam, 33, b. Concipiens ardore & parietis stipulam, Audit qui longe estis, quæ fecerim, & cognoscite vicini fortitudinem meam. Constituti sunt in Sion peccatores, possidebit timor hypocritis. Quis poterit habitare de vobis cum igne de uorante, aut quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis, 34, b. Et conuentur torrentes eius in picem, & humus eius in sulphur, Hieremias, 9, c. Ecce ego cibabo populum istum absinthio, & potum da bo eis aquam fælis, Malachi, 4, a. Ecce enim dies veniet

niet succensa quasi caminus, & erunt omnes superbæ & omnes facientes impietatem ita pula. Et inflammatib; eos dies veniens, dicit dominus exercituum, quæ non declinquet eis radix & germen, Matthæ, 73, f. Et mittent eos, Ecclæsia, 3. Apocalyp, 18, b. Quantum glorificavit se & in deliris fuit, tantum date illi tormentum & lactum, 19, d. Et apprehensa est, Antichristus 3, 20, d. Et infernus & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda, 22, b. Timiditatem, Fornicatio 1.

III **C**Interminabilis, Esaiae, 66, g. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, Matthæ, 23, d. Discedite à me maledicti in ignem æternū, qui paratus est diabolo & angelis eius. Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam Marc nono, g. Bonum est tibi luscum introire in regnum Dei: quam duos oculos habentem miri in generationem ignis, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur, 2. Thessal, 1, d. Qui peccatas dabant in interitu æternas a facie domini, & a gloria virtutis eius, Apocalyp, 14, c. Si quis adorauerit bestiam & imaginem eius, hic bibet de vino iræ dei, qd mixtum est mero.

I **C**onfirmitas contingit quandoq; propter peccatum, Luca, 13, d. Hanc autem filiam Abramam hæ quam alligatur satanas ecce decem & octo annis, Ioan, 5, c. Ecce sanus factus es, iam noli peccare ne deterius tibi aliquid contingat, Actu. 12, d. Confestim autem percussit eum (Herodeum scilicet) angelus domini, eo qd non dedidit honorem deo, & consumptus a vermis expirauit.

II **C**Quandoq; ob meritum, Ecclesiastes, 31, a. Infirmitas graui subtrahit facultatem animam, Ioannis nono, Nec que hic peccauit neque parentes eius, sed vt manifestetur opera

opera dei in illo (ait dominus de cęco nato) Lazarus mendicus & ulcerosus ab angelis in sinum Abrahæ deportatus est, Lucae.16,c. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, 2. Corint.12,c. Libenter igitur gloriarior in infirmitatibus meis, ut inhabiter in me virtus Christi.

III. ¶ Infirmitas curatur quādōq; per deum, 1. Regum, 2,a. Dominus mortificat & viuiscitat. Miraculo: se Ezechiam curauit, 4. Regum, 20,a. In diebus illis egrotauit Ezechias vñq; ad mortem, Sapient, 16,b. In memoria enim sermonum tuorum exaudiabuntur, & velociter sanabuntur, Ecclesiast.38,a. Fili in tua infirmitate ne despicias te ipsum, sed ora dominum & ipse curabit te.

IV. ¶ Per medicum, Ecclesiast.18,c. Ante languorem adhuc medicinam, 30,c. Melior est mors quam vita amara, & requies æterna quam languor perseverans 38,a. Honora medicum, propter necessitatem etenim illum creauit altissimus. A deo est enim omnis medecia, & à rege accipiet donationem. Altissimus creauit de terra medicinam, & vir prudens non abhorrebit eam. Nonne à ligno dulcorata est aqua amara? Da locum medico, etenim illum dominus creauit, & nō discedat à te, quia opera eius sunt necessaria. Est enim tempus quando in manus illorum incurras. Qui de linquit in conspectu eius qui fecit eum incidet in manus medici.

V. ¶ Infirmorum consolatio, Ecclesiast.7,d. Non te pī gear. Dilectio proximi. 6. 38,c. In requie mortui reqescere fac memoriam eius, & consolare illum in exitu spiritus sui, Matthæus.25,d. Infirmus & visitatis me Iacob.5,d. Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus, & si in peccatis fit remittentur ei.

I. ¶ Ingrati-

I. ¶ **Ingratitudo** Diligenter vitanda. Hinc rex Sodomorum Abraham reuertēti de cęde regum gratius obtulit munera, Genes.14,c. Egressus est autē rex Sodomorum in occursum eius. Rex Assuerus relationem in mortem suam machinantium sibi fastam per Mardochéū gratiater remuneravit, Hebreus.4,a. Noctem illam duxit rex insomnem, Psal.102,a. Bene dic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributions eius, Ecclesiast.32,c. Super his omnibus benedictio dominum, qui fecit te, & inebriantem te in omnibus bonis suis, Ephes.5,d. Gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri Iesu Christi deo & patri, Colossi.3,c. Et grati effite, Omne quodcumq; facitis, Gloria.1. x. Thessal.5,d. In omnibus gratias agite.

II. ¶ Potenter putinda. Hinc David ingratitudinem regis Ammon nuncios suos deturpantis missio exercitu grauitate punituit, 2. Regum, 10,a. Factum est autem post hæc, ut moreretur rex filiorum Ammon Prouer.17,c. Qui reddit mala pro bonis, non recederet malum de domo eius, Sapient, 11,d. Ingrati em̄ spes tanquam hybernalis glacies tabescet, & disperiet tanquam aqua superuacula, Esaiæ.1,a. Filios enutriui, & exaltavi, ipsi autem spreuerunt me, Hierœ.18,d. Numquid reddetur pro bono malum, Matth.13,b. Qui enim habet dabitur ei, & abundabit: qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo, 25,c. Omni habenti dabitur, & abundabit: ei aut qui nō habet, & quod videatur habere auferetur ab eo.

I. ¶ **Inimicus** Diligenter probandus, Prouer.26,d. Labijs suis intelligitur inimicus, quum in corde tractauerit dolos. Quando submiserit vocem suam ne credideris ei, quoniam septem nequitiae sunt in corde illius, Ecclesiast.12,d. Nō agnoscitur Amicitia.3. II. ¶ Prudenter vitandus, Ecclesiast.4,b. Ab inimicis

Q tuis

Iuis separare, 12.b. Non credas inimico tuo in aeternis. Sicut enim sacramentum eruginat ne quiria illius, c. Et si humiliatus vadat curvus, abice animum tuum & custodi te ab illo. Non statuas illum penes te, d. In la bis suis indulcas inimicus, & in corde suo iniuriantur ut tubuerat te in foveam. In oculis suis lachrymatur inimicus, & si inuenierit tempus non iactabitur sanguine: & si incurserint tibi mala, inuenies eum ibi priorem, & quasi ad uans suffodet plantas tuas. Caput tuum mouebit & plaudet manu, 19.b. Amico & Amicitia. 15.

III Decenter reconciliandus, Ecc. 6.a. Verbum dulce multiplicat amicos & mitigat inimicos, Matt. 5.d. Si offens minus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid acersum te, re linque ibi minus tuum, & vade prius reconciliari fratru tuo, & tu in venientia offeres minus tuum, 18.c. Tunc accedens Petrus ad eum dixit: Domine quoties es peccabit in me frater meus, & dimittam eis usque septies? Dicit illi Iesus: Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies, Luca. 6.f. Dimittite, & dimittetur vobis; Col. 3.b. Donates vobis in ipsis, si quis aduersus aliquem habet querela: sicut & dominus donauit vobis, ita & vos.

I **Inuidia** Deum prouocat, Proverb. 28.d. Vir qui festinat, Diuitiae. 3. Sapient. 6.d. Negi cum inuidia tabescere iter habeo, quoniam talis homo non erit particeps sapientiae, Gal. 5.d. Non efficiamur inuidis gloria cupiditer inuicem prouocantes inuicem inuidentes, Iaco. 3.d. Quod si zelum, Zelus. 3.x. Pet. 2.a. Deponentes igitur omnem, Detractio. 4.

II **Proximum supplantat**. Hinc Saul inuidia mortis persequebatur Dauidem, 1.Regum.18.b. Porro quum reuerterecur percusso Philisteo Dauid, Eccles. 4.b. Rursum contemplatus sum omnes labores hominum, & industrias animaduerti patere inuidia pro-

ximi, Sapient. 2.d. Inuidia autem diabolus in introi uia in orbem terrarum, imitantur autem illum quod sunt ex parte illius, Matth. 27.b. Seicbat enim (Pilatus) per iracundiam tradidissent eum.

III **Scipio am cruciat**. Hinc dominus per Samuelem dicitur H. 1.i. Regum. 2.g. Et videbis annulum tuum in templo in vniuersitate prosperis Israel, Job. 3.2.a. Parvulum eccidit inuidia, Proverbiorum. deci. quar. d. Putredo est illud inuidia, Ecc. 14.a. Qui sibi insultat. Diuitiae. 13.

I **Ira dei** incurritur. Ex praceptoribus transgressione. Hinc Iosaphat rex dixit iudicibus, 2. Paral. 19.c. Omnem causam quae venerit ad vos fratrum vestrorum, qui habitant in urbibus suis, inter cognationem & cognitionem, vobiscumque questio est de lege, & de mandato, & de ceremoniis, & de iustificationibus offendite eis vt non peccent in dominum, ne veniat ira super vos & super fratres vestros. Sic ergo agentes non peccabitis, 34.d. Magnus enim furor domini falluit super nos (aut rex Iosias) eo quod non custodierunt patres nostri verba domini, Ecc. 7.b. Memento irae quoniam non tardabit, 39.c. Et quomodo cataclysmus aridam inebravit, sic ira ipsius gentes, quae non exquesierunt cum hereditabat. Quomodo conuertit aquas in secitatem, & siccata est terra, & via illius vijsillorum directa sunt, sic peccatoribus offendit in ira illius, Naum. 1.a. Deus amulator & vliciens dominus, & habens furorem, vliciens dominus in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis, b. Ante faciem indignationis eius quis habet, & quis resisteret in ira furoris eius, Romano. 1.c. Reuelatur enim ira dei, Cognitio. 1.2.b. Ira & indignatio, tribulatio, & anguria in omnem animam hominis operantis malum, Hebreorum. 10.f. Horrendum est incidere in manus dei viuentis, Apocalyp. 19.c. Et de ore eius

procedit gladius ex virtus; parte acutus, vt in ipso percusat gentes. Et ipse reget eas in virga ferrea, & calcat torculari vini furoris ira dei omnipotentis. Et habet in vestimento, & in foemore suo scriptum. Rex regum, & dominus dominantium.

III ¶ Proximorum oppressionis, Exod. 15, a. Misericordia iram tuam, quæ deuorauit eos sicut stipulam, & in spiritu furoris tui congregata sunt aquæ. Core cum suis contra Mosen & Aaron insurgens terra viuus absorptus est, Nume. 16, a. Ecce autem Core filius Israël Hiercim. 10, d. Corripe me domine, veruntamen in iudicio, & non in furore tuo ne forte ad nihilum redigas. Effunde indignationem tuam super gentes quæ non cognoverunt te, & super prouincias quæ nomine tuum non inuocauerunt, quia comedenter Iacob, & deuorauerunt eum, & consumperunt illum, Matth. 28, d. Et iratus dominus eius (qui non fecit misericordiam in conseruando) tradidit eum tortoribus.

IV ¶ Beneficiorum neglectione: sic filii Israel de mannae beneficio ingratis iratus fuit dominus, Nume. 16, b. Vulgus quippe, Gula, r. Psalm. 37, a. Domine ne in furore tuo arguas me, Ecc. 2, d. Si penitentiam non egerimus, Misericordia. 4, 5, b. Misericordia enim & ira ab illo cito proximant, & in peccatores respicit ira illius, Marci. 3, a. Et circumspiciens, Cæcitas.²

V ¶ Ira per zelâ vicia corrigit, Sic Moses idololatrias, Exo. 32, e. Cumque appropinquasset ad castra vidit vitulum & choros. Iratusq; valde proiecit de manus tabulas, & confregit eas ad radices montis. Arripiensq; vitulum quem fecerant combustis atq; conseruit usq; ad puluerem, f. Cecideruntq; in die illo (si hui Leui mandato Mosi) quasi viginti tria milia hominum. Sic dominus ementes e templo eiecit & vendentes, Ioan. 2, c. Et inuenit in templo vendentes oves & boues & columbas, & numularios sedentes. Et cum fecisset

fecisset quasi flagellum de funiculis oës elecir de templo, Ephie. 4, f. Irascimini & nolite peccare: Sol nō occidat super iracundiam vestram.

VI ¶ Ira per vicium periculose acceptatur, q; ho- minem destruit. Iob, 5, a. Virum stultum interficit iracundia, Pro. 12, c. Fatus statim indicat iram suam, 29, d. Vir iracundus prouocat rixas, & qui ad indignationem facilis est, erit ad peccandum proclivior, Ecc. 27, d. Ira & furor utræcunque execrabilia sunt, & vir peccator continens erit illorum, 30, d. Zelus & iracundia minuent dies, Jacob. 3, c. Sit autem ois homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Ira enim viri iustitiam dei non operatur.

VII ¶ Proximum lœdit, Psal. 4, a. Irascimini & nolite peccare, Pro. 15, b. Vir iracundus prouocat rixas qui patiens est mitigat suscitatas, 17, b. Semper iuria quærit malus, angelus autem crudelis mittetur contra eum, 18, c. Spurio vero ad irascendum facilem quis poterit sustinere, 26, c. Sicut carbones ad prunas & ligna ad ignem: sic homo iracundus suscitat rixas, 27, a. Graue est saxum & onerosa arena, sed ira stulti utræcumq; grauior. Ira non habet misericordiæ, nec erit pens furor, & impetus concitati spuri ferre quis poterit? Ecc. 28, b. Homo iracundus incendit item, & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentem immittit iniuriam. Secundum etiam ligna fulua sic ignis exaridescit: & secundum virtutem hominis sic iracundia eius erit, & secundum substantiam suam exaltabit iram suam.

VIII ¶ Gratiæ sedatur, Proverbiorum, 15, a. Responsio mollis frangit iram, sermo durus iuicit furem, vicesi, sex. b. Qui imponit stulto silentium iras mitigat.

IX ¶ Fructuose denatur, Iob. 36, c. Non te ergo superera ira, vt aliquem opprimas, Proverbio. 22, d. Noli esse amicus homini iracundo, neq; ambules cum viro

Furioso, ne forte discas semitas eius, & sumas scandala
sum animis tuis, 30. d. Qui autem forriter premit vbera
ad eliciendum lac exprimit butyrum, & qui vel
menter emungit, elicit sanguinem, & qui provocatis
ras producit discordias, Eccles. 7. b. Ne sis velox ad i-
rascendum: quia ira in finu stulti requiescit, vnde d.
Aufer iram a corde tuo, Ecc. 20. a. Quam bonum est
arguere quam in rasci, 28. a. Homo homini. Dilectio ini-
nicorum, 1. Matthae. 5. c. Ego autem dico vobis, ga-
omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio, Ro-
mano. 12. d. Non vosmetipsoſ defendantes charif-
mi, fed date locum ire, Eph. 4. g. Omnis amaritudo
& ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur
a vobis cum omni malitia, Col. 3. b. Nunc autem des-
ponite vos omnia, Blasphemia, 3.

I **J**udicium temerarium vitiis operatur
Ioh. 13. a. Nunquid deus vestro indiget mendacio,
vt pro illo loquimini dolos? Niquid faciem eius ac-
cepitis, & pro deo iudicare nitemini? Psal. 37. a. Si ve-
re vtrq; iuritiam loquimini: recte iudicate filii homi-
num. Etenim in cordis iniquitates operantini in terra
Eccles. 10. a. Sed & in via stultis ambulans, cū ipse ins-
cipiens sic omnis stultus esset, Matthae. 7. a. Quid
autem vides festucam in oculo fratris tui, & trahem
in oculo tuo non vides? Aut quonodo dicis fratri
tuo: frater sine ejciam festucam de oculo tuo, & ecce
trahes eam in oculo tuo? Hypocrita ejcere primum tra-
hem de oculo tuo, & tunc videbis ejcere festucam de
oculo fratris tui, vnde, c. Venit enim Ioannes neq;
manducans neq; bibens, & dicit: Dæmonium habet.
Venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt
Ecce homo vorax & potator vini, publicanorum &
peccatorum amicus, duodecimo, a. Si autem sciretis
quid est misericordiam volo & non sacrificium, nun
quam

quam condeinassetis innocentes, Lucæ, 7. e. Venit
autem Ioannes baptista, neque manducans panem,
neque bibens vinum, & dicit: s: Dæmonum habet.
Venit filius, vt supra, decimo octavo, c. Deus gratias
ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum, rapi-
tores, iniurii, adulteri, velut etiam hic publicanus, Ios-
an. septimo, d. Nolite iudicare secundum faciem: sed
iustum iudicium iudicate, 8. c. Vos secundum carnem
iudicatis.

II **V**irtuose contemnitur, 1. Corinth. 4. a. Mihi
autem pro minimo est, vt a vobis iudicer aut ab hu-
mano die, sed neq; meipsum iudic. Qui autem me
iudicat dominus est. Itaq; nolite ante tempus iudica-
re, quoadiuq; veniat dominus, q; illuminabit abicon-
dita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.

III **S**eriole punitur, Esaïæ, 5. c. Vx qui dicitis
bonum malum, & malum bonum, Matthæ. septimo, o
a. Nolite iudicare & non iudicabimini. In quo enim
iudicio iudicaueritis, iudicabimini, Romanorum, 2.
a. Propter quod inexcusabilis es o homo omnis q; iu-
dicas. In quo enim iudicas alterum teipsum conde-
mnas: eadem enim agis quæ iudicas. Existimas autem
hoc o homo omnis qui iudicas eos, qui talia agunt
& facis ea, quia tu effugies iudicium dei, 14. a. Tu q; es
qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat aut ca-
dit, b. Tu autem quid iudicas fratrem tuum, aut tu
quare spcrnis fratrem tuum? Omnes enim stabis-
mus ante tribunal C H R I S T I, c. Non ergo
oporteat imitari nos, quoniam non inquieti fuimus inter vos, neq; gratis panem mandicauimus ab aliquo sed in labore & fatigatione die ac nocte operantes, ne quem vestrum grauaremus. Non quasi non habueris potestatem, sed ut nos sine ripos formam daremus vobis ad imitandum nos, c. Quoniam si quis non vult operari, ne manducet. Audiuitus enim inter vos quosdam ambulantes inquiete nihil operantes curiosus agentes: his autem qui eiusmodi sunt, denunciamus & obsecramus in domino Iesu Christo, ut cum silentio operantes suum panem manducent, Act. 20. g, Argentum & urum, aurum, vesci, nullus concupivit, sicut ipsi scitis, quoniam ad ea quae miliopis erant, & his qui cum sunt ministraverunt manus iste. Omnia ostendit vobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere in firmore, ac meminisse verbi domini Iesu, quoniam ipse dicit. Beatus est magis dare quam accipere.

III ¶ Fructum, Gene. 2. c, Tulerit ergo dominus deus hominem, & posuit eum in paradisum voluntatis, ut operetur, & custodiret illum, Pro. 10. 3. a, Egestatem operata est manus remissa, manus autem fortitudinis diuitias parat. Qui congregat in messe, filius sapiens est, qui autem siernit aestate filius est confusus, 14. c, In omni opere bono erit abundantia, ubi autem verba sunt plurima, ibi frequenter egestas, Ecclesi. decimo. d, Melior est, qui operatur, & abundat in omnibus, quam qui gloriatur, & eget pane, 40. c, Vita sibi sufficienti operari condulcabitur, & in ea inuenies thesaurum.

III ¶ Labor improbus, Sap. 5. b, Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, ambulauimus vias difficilem, viam autem domini ignorauimus, Hiere. 9. b, Ut inquit agerent laborauerunt.

I Lapis dicitur Christus Angularis, Esa. 28. 2
S 2 Ecce

Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem probatum angularem, preciosum, in fundamento fundatum. Qui crediderit non festinet, Matthæ. 21. d. Dicit illis Iesus: Nunquam legitissim scripturis: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A domino factum est istud, Act. 4. b. Hic est lapis, qui reprobatus est a vobis ædificantibus, quod factus est in caput anguli, Ephes. 2. d. Superaedificati superfundamentum apostolorum.

II Offensionis, Esaiæ. 8. c. Dominum exercituum ipsum sanctificate, ipse paucor vester, ipse terror vester, & erit vobis in sanctificationem, in lapidem autem offensionis, & petram scandali duabus dominibus Israel, & in laqueum, & in ruinam habitantibus Hierusalem. Et offendent ex eis plurimi, & cadent, & conterentur, & irretinentur, & capientur, Matth. 21. d. Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur, super quem vero ceciderit, conteret eum, Luke. 2. e. Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, 20. c. Omnis qui ceciderit super lapidem illum conquassabitur, super quem vero ceciderit communiet eum, Ioan. 9. g. In iudicio veni, ut qui non vident videant: & qui vident, cœci fiant, Romano. 9. g. Offenderunt enim in lapidem offensionis sicut scriptum est: Ecce pono in Sion lapidem offensionis, & petram scandali, & omnis qui credit in eum non confundetur, x. Pet. 1. b. Propter quod continet scriptura: Ecce ponam in Sion lapidem summum, angularem. Vobis igitur honor, Fides, x.

III Lapis dicitur Petrus, Ioan. 1. f. Intuitus ait eum Iesus dixit: Tu es Simon filius Iona, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.

IV Lapis dicitur omnis Christianus, i. Pet. 2. a. Ad quem accedentes, Domus, 5.

I Laudatur homo, A deo feliciter, i. Co. 4. 2
Tunc

Tunc laus erit vniuersal deo.

II A seipso viliter, Prou. 27. a. Laudet te alienus, & non os tuus, extraneus & non labia tua.

III Ab alio congruerter in absentia. Sic Salvator Ioannem discipulis ipsius discedentibus laubus extulit, Matthæ. vndecl. a. Illis autem abeuntibus,cepit Iesus dicere ad turbas de Ioanne, Luke. 7. d. Et cum,

III De innocentia, Psalm. 63. b. Laudabuntur omnes recti corde, Ecc. vndecl. a. Non laudes virum virum in specie sua, d. Ante mortem ne laudes hominem quenquam, 27. a. Ante sermonem non laudes vi rum, haec enim tentatio est hominum, 44. a. Laudemus viros gloriofos, & parentes nostros in generatione sua. Homines diuites in virtute pulchritudinis studium habentes, pacificantes in domibus suis, c. Sapientiam ipsorum narrant populi, & laudem eorum nunciet ecclesia,

I Legis naturæ Illustratio, Psalm. 4. b. Si gnatum est super nos lumen vultus tui domine, Roma. 2. c. Cum enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium aut etiam defendantium, in die qua iudicabit dominus occulta hominum secundum euangelium meum per Iesum Christum.

II Legis Mosaicæ ordinatio, Exod. 13. b. Et erit quasi lignum in manu tua, & quasi monumentum ante oculos tuos, & vt lex domini semper sit in ore meo, Romano. 3. c. Per legem enim cognitio peccati, 7. b. Sed peccatum non cognoui, nisi per legem. Nam cōcupiscentiam nesciebam nisi lex diceret: Non concupisces, c. Itaque lex quidem sancta, Galat. 3. c. Quid igitur

S 3 tur

tur lex? Propter transgressioem posita est, donec veniret semen cui promiserat, ordinata per angelos in manu mediatoris, d. Prius autem quam veniret fides sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem, que res uelanda erat. Itaque lex pedagogus noster fuit in Christo, ut ex fide iustificeretur.

III. ¶ Operatio, Psal. 24, b. Dulcis & rectus dominus, propter hoc legem dabit delinquentibus in via. Psalm. 18, b. Lex domini immaculata conuertit animas, Roma. 4, c. Lex enim trahit operatur, Vbi enim non est lex, nec praeuaricatio, 7, b. Occasione autem accepta peccatum per inadum, operatum est in me omnem concupiscentiam, c. Scimus enim quia lex spiritualis est.

IV. Operatio, Gal. 3, b. Quicquid enim ex opib⁹ legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptū est enim: Maledictus ois q̄ nō permāserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, vt faciat ea. Christus nos redemit de male dicto legis, factus pro nobis maledictum, q̄a scriptum est: Maledictus omnis q̄ pendet in ligno, vt in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu, vt pollicitationem spūs accipiamus per fidem, Act. 22, c. Nunc ergo quid tentatis deum, imponere iugum super ceruices discipulorum quod negligens neq; patres nostri portare posuimus.

V. ¶ Consummatio per Christum, Matthæ. 5, c. Non liceat putare quoniam veni soltere legem. Non veni soltere, sed adimplere, 11, b. Omnes enim prophetæ & lex vñq; Ioannem prophetauerunt, Lucæ. 16, d. Lex & prophetæ vñq; ad Iohannem, Iohann. 1, b. Lex p̄ Mosi in data est: ḡatia & veritas per Iesum Christum facta est, 5, g. Si enim credentis Mosi, Cognitio, 4. Romano. 6, c. Peccatum enim vobis non dominabitur: non enim sub lege est: sed sub gratia, 7, a. An ignoratis fratres (scientibus enim legem loquor) quia lex in homine dominabitur, quanto tempore vixit. Itaque

fratres

fratres, Fructus, 1, 10, a. Finis enim legis Christus, Galat. 2, d. Ego enim per legem legi mortuus sum, vt deo viuam, 4, a. At ubi venit plenitudo temporis, 5, d. Quod si spū ducemini, non estis sub lege, Heb. 7, b. Translato enim sacerdotio, necesse est, vt legis translatione fiat, c. Reprobatio quidem sit praecedentis mandati propter infirmitatem, & inutilitatem. Nihil enim ad perfectum adduxit lex, 8, d. Dicendo nouum veterauit prius. Quod autem antiquatur & senescit prope inter ritum est, 10, a. Vmbram enim habens lex futurum bonorum, non ipsam imaginem rerum, per singulos annos eisdem iphis hostijs quas offerunt indumenter, nunq; potest accedentes perfectos facere. VI. ¶ Legis euangelica fructificatio, Hierem. 31, f. Ecce dies venient dicit dominus, & feriā domui Israēl & domui Iuda fœdus nouum, non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris, sed hoc erit pactum quod feriam. Post dies illos, dicit dominus, dabo legem meam in visceribus corum, & in corde eorum scribam illam, & ero eis in deum, & ipsi erunt inibi in populum. Et non docebit ultra vir proximitut suū, & vir fratrem suū dicens, cognosce dominum. Omnes enim cognoscant me, à minimo eorum usq; ad maximum, ait dominus, quia propiciabor iniquitatibus eorum, & peccati eorum non memorabor amplius, Hebreo. 8, c. Vituperans enim eos dicit: Ecce dies venient dicit dominus, 10, c. Contestatur autem nos. Euangelium, 2.

I. ¶ Leprorum Probatio, Leuit. 13, Homo in cuius cute & carne ortus fuerit diuerlus color sive postula, aut quasi lucens quippiam, id est plaga leprosa, adducetur ad Aaron sacerdotem, vel ad unum quemlibet filiorum eius,

II. ¶ Segregatio, Leu. 13, f. Quicquid ergo maculat-

8 4 fuerit

fuerit lepra, & separatus est ad arbitrium sacerdotis, habebit vestimenta dissipata, caput nudum, os veite cōfectum, cōtaminatum ac forcidum se clamabit. Omni tempore quo leprosus est & inmundus, solus habbit extra castra, Nu. 5, a. Precipe filii Israhel ut ejiciant extra castra omnem leprosum.

III. Mundatio secundum legem, Leu. 14, a. Hic est ritus laprosi quando mundandus est, Hoc Iesus misericordio se Naaman syrum mundauit, 4. Reg. 5, a. Naaman princeps militiae regis Syrie.

IV. Leprosorum mundatio per Christum, Matthe. 8, a. Cum autem descendisset Iesus de monte, Marc. 1, d. Et venit ad eum leprosus deprecans eum, Lucae. 5, c. Et factum est cum esset in una ciuitatum 17, c. Et cum ingredieretur quoddam castellum,

I. **Liberum arbitrium** ad bonum cognoscendum illuminatur, Psalm. 31, c. Intellectum tibi dabo & instruam te in via hac. Nolite fieri sicut equus & mulus, 35, c. In lumine tuo videbimus lumen 93, b. Beatus quem tu erudieris domine & de lege tua docueris eum, 118, c. Reuelo oculos meos & considerabo, Ioann. 1, a. Erat lex vera quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, Roma. 1, c. Deus enim illis manifestauit. Inuisibilita enim dei, Cognitio, 3, 1. Ioan. 2, v. Et non necesse habetis ut alius quis vos doceat, sed sicut vincio eius docet vos de omnibus.

II. Ad perficiendum adiuuatur, Matthae. 23, Hierusalem Hierusalem quae occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluiisti, Ioā. 15, a. Quia sine me nihil potestis facere, Ro. 7, d. Infelix ego hō q̄s, Gratia, 2, Rom. 8, e. Similiter autem & spūs adiuuat infirmitatem nostram, secun. Cor. 3, b. Non quod sufficienes sumus

sumus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est, Philippens. 2, b. Deus est enim qui operatur in vobis velle & perficere pro bona voluntate.

III. **C**a nullo violentatur. Genesis 4, a. Dixi ergo dominus ad Cain. Quare iratus es, Nonne si bene egerris recipies? Sin autem male statim in foribus peccatum tuum aderit, Sed sub te erit appetitus eius & tu dominaberis illius, Psalmo 50. Voluntarie sacrificabo tibi, Eccle. 15, c. Deus ab initio. Nemini mandauit impie agere, Osee 13, c. Perditio tua Israhel, tñmmodo in me auxiliū rufi, Luc. 7, e. Pharisei autem & legisperiti consilium dei spreuerunt, &c. Heb. 10, e. Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia, terribilis autem quedam expectatio iudicij, & ignis simulacrum quæ consumptura est aduersarios, Apoc. 3, d. Ecce sto ad ostium. Cibus 2.

I. **Liberitas** prava. Reprobatur, Iob 11, c. Vir vanus in superbiam erigitur, & tanquam pullus onagri se liberum natum putat, Hierem. 14, d. Vos non audistis me, vt prædicaretis libertatem, vnuſque fratri suo, & vnuſque amico suo. Et ecce prego libertatem ait dominus, ad gladium, ad pestem, ad famam, Ose. 7, d. Reuersi sunt vt essent absq; iugo, 2 Petri. 2, d. Superbia, Haereticus 3.

II. **Liberitas euangelica** per Christum datur, Ioann. 8, e. Si ergo vos filii liberauerit, vere liberi eritis, Roma. 8, a. Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortis, 2. Cor. 3, d. Vbi autem spiritus dominii libertas, Galatas 4, d. Itaq; fratres non sumus ancilla filij, sed liberæ: qua libertate Christus vos liberauit.

III. **A**d deum ordinatur, Roma. 6, d. Liberati autem à peccato servi facti estis iusticiae. Cum enim fer-

ui effeſtis peccati, liberi fuſtis iuſtitte. Quem ergo fructum, Fructus 2. Nunc vero liberati a peccato: ter ut autem facti deo, habetis fructum vestrum in fan-
tificatione, finem vero viam aeternam, Galatas 5. d
Qui enim in domino vocatus est seruus libertus est eiomini. Vos enim in libertatem in occasionem detis carnis. 1.
Corinth. 7. c. Similiter qui liber vocatus est: seruus est Christi, Iacob. 1. d. Qui autem peripexerit in le-
ge perfecte libertatis, & permanserit in ea non audi-
tor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in
facto suo erit. 2. c. Sic loquimini & sic facite sicut per
legem libertatis incipientes iudicari, 1. Petri secundo
c. Quasi liberi & non quasi velamen habentes mali-
cie libertatem.

III. **C**libertas humana commendatur. 1. Cori. 7
d. Seruus vocatus es, non fit tibi cura: sed si potes fie-
ri liber magis utere. Preco empi etitis: nolite fieri
serui hominum.

I. **C**liber vite, Exod. 32. g. Obscurò domi-
ne peccauit populus iste peccatum magnum, fecerunt
que sibi deos aureos. Aut dimittit eis hanc noxam,
aut dele me de libro tuo quem scripsisti, si non facis.
Cui respondit dominus. Qui peccauerit mihi dele-
bo eum de libro meo. Psalmo 48. f. Deleantur de li-
bro viventium, & cum iustis non scribantur. Luce-
ro. c. Gaudete autem q[uod] nomina vestra scripta sunt in
ecclis. Apoca. 3. a. Qui vicerit sic vestietur vestimen-
tis albis: & non debo nomen eius de libro vite. 13
b. Et adorauerunt eam omnes qui inhabitabant ter-
ram: quorum non sunt scripta nomina in libro vite
agni. 20. d. Et qui non inuentus est in libro vite scri-
ptus, missus est in stagnum ignis.

II. **C**liber conscientiae, Dan. septimo d, Iudicium
fudit.

fudit & libri aperti sunt. Apoc. 20. d. Et vidi mortu-
os. Iudicium 20.

I. **C**lingua Districte est refrenanda, Prove. 10. c. In multilo quo non deerit peccatum. 12. b. De
fructu oris sui vniquisq[ue] replebitur bonis. 13. a. De
fructu oris homo faciabitur bonis. Qui custodit os
suum custodit animam suam. 17. d. Qui moderatur
sermones suos doctus & prudens est, qui autem incō-
sideratus est ad loquendum, sentier mala. Stultus quo
que si tacuerit sapiens reputabitur, & si compreferrit
labia sua intelligens. 18. d. Mors & vita in manibus
linguae, & qui diligunt eam comedent fructus eius.
21. d. Qui custodit os suum & linguam suam: custo-
dit ab angustiis animam suam. Sap. 1. c. Custodite ex-
go vos à murmuratione, quæ nihil prodest, & à de-
tractione parcite lingue. Eccl. 14. a. Beatus vir quæ
non est lapsus verbo & ore suo. 19. c. Est qui labitur
lingua sua sed non ex animo. Quis est enim qui non
deliquerit in lingua sua? 20. a. Est tacens qui inuen-
tur sapiens: & est odibilis qui procaec est ad loquendū.
21. d. Susurro inquinabit animam suam, ex in-
omnibus odierit. 22. d. Quis dabit ori meo custodiā:
& superlabia mea signaculum certum, vt non cadā
in iphis, & lingua mea non perdat me. 23. b. Indisci-
plinata loquela non assuecat os tuum, est enim iniſ-
la verbum peccati, Thre. 3. c. Sedebit solitarius & ta-
cebit, quia leuabit se super se. Matt. 12. c. Dico em vo-
bis quoniam omne verbum oculosum quod locuti fue-
rint homines: reddent rationem de eo in die iudicii.
Ex verbis enim tuis iustificaberis, & ex verbis tuis
condemnaberis. Luca 6. g. Bonus homo de bono the-
fauro cordis profert bonum. Ex abundantia em cor-
dis os loquitur, Iacob. 1. c. Sit autem omnis homo
velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum.
23. a. In multis em offendimus omnes. Sigs in verbo
nosse

non offendit, hic perfectus est vir. r. Pet. 3. b: Qui em
vult vitam diligere & dies videre bonos, cohercet
linguam suam a malo.

II. ¶ Debet ordinanda considerando tempus quā
do loquendum, Prouer. 15. c: Letatur homo in sen-
tentia oris sui, & sermo opportunus est optimus. 25
b: Mala aurea in lectis argenteis qui loquitur verbū
in tempore suo, Eccles. 3. b: Tempus tacendi & tem-
pus loquendi. 8. a: Tempus & responsionem cor sapientis
intelligit, Eccl. ix. a: Prūsq[ue] audias ne re-
spondeas verbum: & in medio sermonum ne adi-
cas loqui. 20. a: Est tacens iociens tempus apti tempo-
ris. Homo sapiens tacet vñq[ue] ad tempus. 32. b: Audi-
tacens & pro reverenter accedit tibi bona gratia.
Adolescens loquere in tua causa vix cum necesse fue-
rit. Si bis interrogatus fueris, habeat caput respon-
sum tuum, In multis esto quasi inscius. 33. a: Qui in-
terrogationem manifestat parabit verbum, & sic de-
precatus exaudietur, & conseruabit disciplinam, &
tunc respondebit.

III. ¶ Personam cui loquendum, Prouer. 23. b: In
auribus insipientium ne loquaris, quia despiciunt do-
ctrinā eloquii tui. 25. a: Ne respondeas stulto iuxta
stultitiam suam: ne efficiaris ei similis. Relipōde stul-
to iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens videatur. Ec-
cle. 27. b: In medio insensorum serua verbum tem-
pori. 32. a: Loquere major natu (te enim decet) pri-
mum verbum diligenter scientiam. Vbi non est audi-
tus non effandas sermonem. b: In medio magnatorum
loqui non præsumas; & vbi sunt senes nō nul-
lum loquaris.

IV. ¶ Quid loquendum, Job 27. a: Quia donec su-
perest halitus in me, & spiritus dei in naribus meis,
non loquetur labia mea iniuriam, nec lingua mea
meditabitur mendacium. Psalm. 34. d: Et lingua mea
meditabitur iusticiam. 38. a: Dixi custodiā vias meas

vt non delinquam in lingua mea. Posui ori meo cu-
stodiā, Prouer. 15. d: Abominatio domini cogitatio-
nes mala, & purus sermo pulcherrimus firmabitur
ab eo. 24. c: Labia deosculabitur qui recta verba re-
spondet, Eccl. 9. d: Verba sapientum audiuntur in si-
lencio, plus quam clamor principis inter filios, Ec-
clesia. 5. d: Si est tibi intellectus responde proximo,
sin autem, si manus tua super os tuum, ne capiaris
in verbo indisciplinato & confundaris. Honor & glo-
ria in sermone sensati. 9. d: Et omnis enarratio tua in
preceptis altissimi. 18. c: Et ante quem loquaris diice
42. a: Non duplices sermonem auditus. Amicitia 7.
31. d: Dedit enim mihi dominus linguam mercedem
meam: & in ipsa laudabo eum, Esa. 50. b: Dominus de-
dit mihi linguam eruditam: vt sciām suscitare eum q[uod]
lassus est verbo, Mat. 12. c: Bonus homo de bono the-
sauro profert bona, Ephe. 4. g: Omnis sermo malus
ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus ad aedi-
ficationem, vt det gratiam audientibus. r. Pet. 4. c: Si
quis loquuntur tanq[ue] sermones dei.

V. ¶ Quomodo loquendū. Abigail dulcedine ver-
borum iram David contra virum suum & domum
fregit. r. Regum 25. a: Erat autem vir quispiam in fo-
litudine Maon, Job 6. d: Respondete obsecro absq[ue]
contentione, & loquentes id quod iustum est iudica-
te, & non inuenietis in lingua mea mendacium. Pro-
uer. 35. a: Lingua placabilis, lignum vitæ, 16. c: Erudi-
tus in verbo reperiet bona. Et qui dulcis eloquio ma-
jora reperiet. Fons vita eruditio possidentis. Faunus
mellis composita verba. 18. d: Cum obsecrationibus
loquetur pauper, diues effabunt rigide. 29. b: Totum
spiritum suum profert stultus: sapiens differt & reser-
uat in posterum, Eccles. 10. c: Verba oris sapientis gra-
tia, Eccl. 4. d: Noli citatus esse in lingua tua. 5. c: Es-
tio manuetus ad audiendum verbum dei vt intelli-
gas; & cum sapientia prof. i responsum verum. 6. a
Verbum

verbum dulce multiplicat amicos & mittigat inimicos, & lingua eucharis in bono homine abundabit. Colossei. 4.a, Sermo veitser semper in gratia sit facte conditus; vt sciatis quomodo oporteat vos vniuersi respondere.

VI. Lingua indiscreta Deum prouocat.
Vnde cum esset terra labij vnius in turris adificatio dissipati sunt homines & linguae diuisae. Gene. 11.a, Erat autem terra labij vnius & sermonum eorumdem. Leu. 19.c, Non eris criminator nec iufurto in populis. Psalmo 31.a, Quid gloriaris in malitia? Tota die iustitiam cogitauit lingua tua. Dilexit malitiam, Dilexit omnia verba præcipitationis. Propterea deus destruete. Sapient. primo b, Proprietas qui loquitur iniqua non potest latere, Ecclesia. 2.c, Væ duplici corde & labijs sceleris. 27.b, Narratio peccantium odiosa, Hierem. 8.b, Attendi & ausculta ui, nemo quod bonum est loquitur. Ioann. 3.d, Qui est de terra de terra est, & de terra loquitur. 1. Tim. 5.b, Non solum otiosæ sed & verbosæ & curiosæ loquentes quæ non oportet.

VII. Seipsum damnificat. Ioan. 13.a, Atq; vtinā raceritis vt putaremini sapientes, Psalmo 139.b, Vir in quo non dirigetur in terra. Proverb. 14.c, Vbi autem verba sunt præurima, ibi frequenter egestas. 17.a Malus obedit linguae iniquæ, 18.b, Os stulti contritio eius: & labia ipsius ruina animæ eius. 25.b, Nubes & ventus & pluiae non sequentes: vir glorioſus & promissa non complens. d, Sicut virs patens absq; murorum ambitu: ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Eccles. 10.c, Labia insipientis præcipitabunt eum. Initium verborum eius stultitia & nouissimum oris illius error pessimus. Eccl. 5.d, Lingua vero imprudentis subuersio est ipsius. 20.b, Qui multis vtitur verbis lœdet animam suam, c, Ho

mo acharis quasi fabula vana, & in ore indisciplinarum assidua erit. 27.d, In ore f. tuorum cor illicerunt 28.d, Aurum tuum & argentum tuum corflati: & verbis tuis facito statarem: & frenos ori tuo rectos, & attende ne forte labaris in lingua tua, & cadas in cōspicu inimicorum infidantium tibi, & sic culus tuus insanabilis in mortem. 37.c, Qui sophitice loquitur odibilis est: in omnire defraudabitur. Non est enim illi data à domino gratia, omni em sapientia defraudatus est, Jacob. 3.a, Potest etiam freno circumducere totum corpus. Si autem equis frena in ora mittimus ad consentiendum nobis omne corpus illorum circumferimus, b, Ita & lingua modicum quidem membrum est: & magna exaltat. Ecce quantus ignis quam magnam sylvam incendit. Et lingua ignis est vniuersitas iniquitatis. Lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam natuitatis nostræ, inflammat a gehenna. Omnis natura bestiarum & volucrum, & serpentum, & cæterorum dominatur & dominata sunt à natura humana. Linguam autem nullus hominum domare potest: inquietum malū, plena veneno mortifero. c, In ipso benedicimus deum & patrem, & in ipsa maledicimus homines, qui ad imaginem & similitudinem dei facti sunt. Ex ipso ore procedit benedictio & maledictio, Non oportet fratres mei hæc fieri.

VIII. Proximum molestat. Job 5.d, Ad increpan dū tantū eloquia concinnatis, & in ventu verba profert, Psal. 56.a, Filii hominum dentes eorum arma sagittæ, 119.a, Domine libera aitam meam à labijs iniquis, & à lingua dolosa, Proverb. 12.a, Verba impiorum infideliæ tur sanguini. 26.d, Lingua fallax nō amat veritatem & os lubrici opera ruinas, Eccl. 21.c, Narratio fatui quasi sarcina in via. 22.c, Pungens oculū dedit lacrymas, & q pugit cor, perficit scelus. 37.c, Verbū ne

quam immutabit cor, ex quo partes quatuor oritur bonum & malum, vita & mors, & dominatrix istorum est astuta lingua.

IX. ¶Discordiam terminat, Prover. 4.d: Remoue a te os prauum, 16.d: Homo peruersus suscitare lites, & verbosus separat principes. Vir insipiens fodit maxilum, & in labiis eis ignis exardescet, 18.a: Labia stulti miscent se rixis, & os eius iurigia prouocat, b: Verba bilinguis quasi simplicia, & ipsa perueniunt usq; ad interiora ventris. Eccl. 9.d: Terribilis est in ciuitate sua homo linguosus, & temerarius in verbo suo odibilis erit, 23.c: Duo genera abundant in peccatis & terrium adducit iram & perditionem, Anima callida quasi ignis ardens, non est: tingueretur donec aliqd glutiat, & homo nequam in ore carnis suae, non desinet donec incendat ignem, 28.c: Susturro & bilinguis maledictus, multos enim turbauit pacem habentes. Lingua tertia multos commouit, & dispersit illos de gente in gentem. Lingua tertia mulieres iuratas cecidit, & priuauit illas laboribus suis. Qui respicit illam non habebit requiem, nec habebit amicum in quo re quiescat. Multi ceciderunt in ore gladii, sed non sic quasi qui interierunt per linguam suam.

X. ¶Modum non feruat, scilicet quando loquendū Prover. 28.c: Qui prius respondet quam audiar: stultum se esse demonstrat, 29.c: Vidiisti hominem velocem ad loquendum, stultitia magis speranda est, quam illius correctio, Eccl. 19.b: A facie verbi partur fatus. Sagitta infixa memori canis: sic verbū in corde stulti, 20.a: Lascivus autem & imprindens non seruabit tempus, c: Ex ore fatui reprobabitur parabola non enim dicit illam in tempore suo.

XI. ¶Cui loquendum, Eccl. 7.b: Noli verbosus es in multitudine presbyterū tuū, 21. d: Labia imprudentium stulta narrabunt, 22.a: Musica in luctu importuna narratio. Qui narrat verbum non audiendi quasi

quasi qui excitat dormientem de graui somno, b. Cū stulto ne multum loquaris.

XII. ¶Quomodo loquendum, Roboam dure respondens populo parte regni se priuauit, 3. Regum 12.c, Respondens rex populo dura, Iob 11.3, Nunquid qui multa loquitur non audit? & vir verbosus iustificabitur? Tibi soli tacebunt homines, 31.c, Respōdeo & ego partem meam, & ostendam scientiam meam, Plenus sum enim sermonibus, & coartat me spiritus vteri mei. Enī vēter meus quasi mustum ab spiraculo, quod lagunculas nouias dirumpit, Loquar & respirabo paululum, 31.a, Veruntamen miraculum meum non te terreat, & eloquentia mea nō fit tibi grauis. (Verba Heliu ad Iob) Prover. 17.b, Non decent stultum verba composita, 34.b, Quomodo si spina nascatur in manu temulenti: sic parabola in ore stultorum, Ecclæfastes 5.a, In multis sermonibus inuenietur stultitia, 10.c, Stultus verba multiplicat, Eccl. 19.b, Ne iteres verbum nequam & durum, & non minoraberis.

I. ¶Longanimitatis divine Fruetus. 2 Regum 14.d, Nec vult deus perire animam: sed res tractat, cogitans ne penitus pereat qui abiectus est, Ecclæfæstæ, 5.b, Altissimus enim est patiēs redditor. Sapient. 11.d, Et miseris omnium quia omnia potes: dis simulans peccata propter penitentiam. Esa. 30.d, Propterea expectat dominus ut misereatur vestri, & is deo exaltabitur parcens vobis, qd deus iudicij dñs. Beati omnes q; expectant eum, Luce 13.a, Arbor me fici, Arbor 3.2, Petri 3.e, Nont tardat dominus promissionem, sicut quidam existimant, sed pacienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad penitentiam reuerti, d. Propter quod.

II. ¶Contemptus, Psalmo 102.b, Miserator & T miseris

misericors dominus longanimis, Esaiae 28.c: Et erit
eis verbum domini, mandanda, manda remans-
da, modicum ibi modicū ibi, expecta expecta, vt vas-
cant & cadant retrosum, & conterantur, & illaque-
entur, & capiantur. 42.c: Tacui semper filii: patiens
fui: sicut parturiente loquar. 53.a: Expandi manus
meas tota die ad populum incredulit, qui graditur in
via non bona post cogitationes suus. Ezecl. 11.f: Fili
hominis quod est proverbiū istud in terra Israel
dicentium, In longum differuntur dies, & peribit os
omnis visio. Non enim erit ultra omnis visio cassa, ne
que diuinatio ambigua, in medio filiorum Israēl, qā
ego dominus loquar, & quocunque locutus fuero
fieri, Romanorum secundo a: An diuitias bonitatis
eius, & patientia & longanimitatis contemnisti? Ig-
noras, quoniam benignitas dei ad paenitentiam te
adducit, Secundum autem duritiam tuam, & impor-
nitens cor, thesaurizas tibi iram, in die iræ & reue-
lationis iusti iudicij dei, qui reddet vnicuique secun-
dum opera sua.

I **Lugendum** in oratione devote, Sic Ez-
zechias rex audiens denuntiationem mortis. 4. Reg-
num 20.a: In diebus illis ægrorūtus Ezechias usque
ad mortem, Sic Iosias audiens legē. 4. Reg. 22.d: Re-
gi autem Iuda qui misit vos, ut consuleretis dñm, sic
dicitis, Sic Tobias, ibidem, 3.a: Tunc Tobias inger-
muit, &cepit orare cum lachrymis. Similiter Sarai
Raguelis, b. Ad hanc vocem petrrexit in superius
cubiculum dominus fūz, & tribus diebus & tribus no-
ctibus non manducavit neq; bibit, sed in oratione per-
sistens cum lachrymis deprecabatur deum, ut ab isto
improperio liberaret eam. d: In illo tempore exaudi-
te sunt preces amborum in conspectu gloriae summi
dei. Matthæi 5.a: Beati qui lugent, quoniam ipsi con-
solabuntur.

Super

II **S**uper peccato amare. Sic filii Israel audientes
angelum pro peccatis corripientem, Iudic. 2.a: Alcen-
dius angelus domini, Judith 8.b: Sed quia patrē dos-
minus est, in hoc ipso poeniteamus, & indulgentiam
eius fusis lachrymis postulemus, Iob 10.d: Nunquid
non paucitas dierum meorum finietur breui? Dime-
te ergo me, Infernus 1. Psalmus 4.b: Laborau in gemitu
meo. Discedite a me omnes inimici mei, 55.b: Deus
vitam meam annicias tibi, posuisti lachrymas mes-
as in conspectu tuo. 118.c: Exitus aquarum deduxer-
unt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam,
Eccl 3.a: Tempus flendi. Esa. 22.d: Et vocabit domi-
nus. Gaudium 8. Hierem. 7.f: Vox in vijs audita est,
ploratus & culatus filiorum Israēl, quoniam iniqui
fecerunt viam suam. 31.b: In fletu venient, & in misere-
cordia reducam eos, Joel. 2.c: Nunc ergo, dicit do-
minus, conseruitimi ad me, in toto corde vestro, in
ieiunio & fletu, & in planctu, & scindite corda ves-
tra & non vestimenta vestra. d: Inter vestibulum,
& altare plorabunt sacerdotes ministri domini & di-
cent, Parce domine parce populo tuo. Matthæi 26.g:
Et egredies foras (Petrus seculicet) scuam amare.
Sic Maria Magdalena, Lucæ septimo f: Rogabat au-
tem illum quidam.

III **S**uper proximo fructifere, Iob 10.d: Flebam
quondam super eo, qui afflictus erat, Eccl. 7.d: Non
defis ploratibus in rogatione, & cum lugentibus am-
bula, Hierem. 13.c: Quod si hoc non audieritis, in ab-
sccondito plorans plorabit anima mea a facie supera-
bit plorans plorabit & deducet lachrymas oculus
meus, quia captus est grex domini, Lucæ 19.f: Et ut
appropinquauit videns, Pax 12. Ioann. ix.c: Iesus ei-
go ut vidit eam plorantem, & Iudeos qui venerant
eū ea plorantes, infremuit spiritu & turbauit scipsum
Eti lachrymatus est Iesus, Romanorum 12.c: Flete
cum flentibus, 3. Cor. 7.f: Et qui sunt tanquam nota-

T 2 Rentez

fientes. 2. Cor. 12. g. Et lugeam multos ex iis, qui ante peccauerunt, sed non egerunt penitentiam super imundiciam, & fornicatione, & impudicitia, quam gesserunt.

III. ¶ Super mortuo moderate. — Sic David mortuo infante pro cuius vita orauerat desij flere. 2. Regum 12. c. Percussit quoque dominus parvulum. Eccles 7. a. Melius est ire. Gaudium 7. Ecd. 12. b. Supra mortuum plora, defecit enim lux eius. Modicum plora supra mortuum quoniam requieuit, Luctus mortui septem dies. 38. b. Fili in mortuum produc lachrymas, & quasi dira passus, incipe plorare. Propter delaturam autem amare fer luctum illius uno die, & consolare propter tristitiam, & fac luctum secundum meritum eius, uno die vel duobus propter detractionem. A tristitia enim festinat mors, & cooperit virtutem, & tristitia cordis flectit cervicem.

V. ¶ In inferno misere. Matth. 8. b. Fili autem regni eius carent in tenebriores, ibi erit fletus & stridor dentium. 24. d. Partemque eius ponent cum hypocritis, illic erit fletus. Lucæ 6. d. Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. 33. f. Discedite à me omnes operari iniquitatibus, ibi erit fletus & stridor dentium, Iacob. 5. a. Agite nunc diuines. Diuitiae 13.

I. ¶ Lux deus in se incomprehensibilis. Iob 36. d. In manibus abscondit lucem. Annunciat de ea amico suo q̄ possessio eius sit, & ad eam possit ascendere Psalmo 103. a. Amictus lumine sicut vestimento, Iordan. 8. b. Ego sum lux mundi. x. Timo. 6. c. Lucem habitat inaccessibilem. x. Ioan. x. c. Quoniam deus lux est & tenebrae in eo non sunt ullæ.

II. ¶ Lux gratiae illuminat intellectum. Psalmo 4. b. Multi dicunt quis ostendit nobis bona? Signatum est super nos lumen vultus tui. 88. c. Domine in lumi-

ne

ne vultus tui ambulabunt. 111. a. Exortum est in tenebris lumen rectis. Esa. 9. a. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam, habitantibus in regione umbra mortis, lux orta est eis. 42. b. Et dedi te in secus. Cœcitas 3. 49. b. Dedit te in lucem gentium. 50. d. Quis ambulauit. Ibidem supra. 60. a. Surge illuminare. Ibidem supra. Micheæ 7. b. Dum federo in tenebris, dominus lux mea est. Marth. 4. c. Terra Zabulon & terra Neptalem, via maris trans Iordanem Galilæa gentium, populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam, sedentibus, &c. Ioan. 1. a. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem. Eph. 5. c. Surge qui dormis, & exurge à mortuis & illuminabit te Christus.

III. ¶ Inflammatus affectum, Psalmo 42. a. Emette lucem tuam & veritatem tuam. 96. b. Lux orta est iusto. Esa. 2. b. Domus Iacob venite, & ambulemus in lumine dei nostri. 60. o. Et ambulabunt gentes in lumine tuo. Ioā. 9. a. Quamdiu sum in mundo, lux sum mundi. 12. f. Ambulate dum lucem habetis, vt nō vos tenebrae comprehendant. Et qui ambulat in tenebris, ne scit quo vadit. Dum lucem habetis, credite in lucē vt filii lucis sitis. Ephe. 5. c. Eratis enim aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino vt filii lucis ambulate. Fruetus autem lucis est in omni bonitate, & iusticia & veritate. x. Thes. 5. a. Vos autem fratres non estis in tenebris, vt vos dies ille tanquam fur comprehendant. Omnes enim vos filii lucis estis, & filii dei. Non sumus noctis neq̄ tenebrarum. Igitur non dormiamus sicut ceteri, sed sobrij sumus & vigilemus. x. Ioan. x. c. Si dixerimus quoniam societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur, & veritatem non facimus. Si autem in luce ambulamus, sicut ipse est in luce, societatem habemus adiunctorum. 2. b. Iterum mandatum nouum scribo vobis, quia verbum est & in ipso & in vobis: quia tenebrae transie-

T 3 run

xunt, & verum lumen iam lucet. Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit, in tenebris est usq; adhuc. Quis diligit fratrem suum, in lumine manet, & scandalum in eo non est.

III. ¶ Lux gratiae malis est odibilis. Iob 24, b: Ipsi fuerunt rebellis luminis. 38, b: Auficeretur ab iugis lumen sua. Ioann. 3, c: Hoc est autem iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem. Omnis enim qui male agit, odit lucem: & non venit ad lucem, ut non arguantur opera eius.

V. ¶ Lux naturalis incundit. Tobite quinto, b. Et ait Tobias: Quale gaudium mihi est, qui in terribus sedeo, & lumen coeli non video? Proverb. 15, d: Lux oculorum testificat animam, Eccl's 11, c: Dulce lumen & delectabile est oculus videre solem, Esaie 45, a: Ego dominus & non alter, formans lucem, & creans tenebras.

VI. ¶ Lux exemplaris. Prove. 15, b: Lux oculorum testificat, Matthaei 5, b: Vos estis lux mundi. Sic lux etat lux velbra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificant patrem vestrum qui in celis est. Ioann. 3, c: Qui autem fecit veritatem, venit ad lucem, ut manifestetur opera eius, quia inde sunt facti. 5, f: Ille era lucerna ardens & lucens, Roma. 12, d: Prudentes bona non tantum coram deo, sed etiam coram omnibus hominibus. 2, Cor. 4, a: Commendantes nosmetipso ad omniē conscientiā hominum coram deo. 8, d: Prudentius enim bona non solum coram deo, sed etiam coram hominibus. Phil. 2, b: Sitis sine querela & simplices filii dei, sine reprehensione in medio nationis pravae & peruersae, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vitæ contiuentes. 4, a: Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Colo. 4, a: In sapientia ambulate ad eos qui forsunt, tempus redimentes, Titum 2, b: In omnibus tripsum

te ipsum. Euangeliū 7, x. Petri 2, b: Conuersationem vestram inter gentes habētes bonam, ut in eo quod detractant de vobis tanq; de malefactoribus, ex honestis operibus vos considerantes, glorifacent deum in die visitationis.

M.

Magisterium non ambiendum. Matt. 23, a: Vos autem nolite vocari Rabbi. Vnus est enim magister vester. Nec vocemini magistri, quia magister vester unus est Christus. Iaco. 3, a: Nolite plures magistri fieri fratres mei, scientes quoniam maius iudicium sumitis.

I. ¶ Maledictio Firmiter prohibetur. Exod. 22, d: Et principi populi tui non maledices, Numeri 23, b: Quomodo maledicam, cui non maledixit deus? Deuteronom. 23, a: Et quia conduxerunt contra te Balaam filium Beor de Mesopotamia Syrię ut malediceret tibi, & noluit dominus deus tuus audire Balaam, vertitq; maledictionem eius in benedictionem tuam, eo quod diligenter te Proverbiorum 24, a: Nam sicut avis ad alia transvolans, & passer quo lisbet vadens: sic maledictum frustra prolatum, in quiesciam superueniet. Eccl. 11, d: Dum maledicit impius diabolum, maledicit ipse animam suam, Iaco. 3, c: In ipsa (kilicet lingua) benedicimus. Lingua 7.

II. ¶ Acriter punitur. Genes 27, b: Qui maledixit tibi, ait Isaac filio suo, sit ille maledictus. Levit. 20, b: Qui maledixerit patri suo aut matri: mortatur. 24, c: Homo qui maledixerit deo suo. Blasphemia. 2, Numeri 24, b: Qui maledixerit tibi (ait Balaam de alijs Israel) in maledictione reputabitur. Seinei Davidi maledicens occisus fuit. 2, Reg. 10, b: Venit ergo rex David usq; Bahurim. Et ecce egrediebatur vir. 3, Reg. 2, b: Habes quoq; apud te Semeni.

T 4

¶ Maledic-

III ¶ Maledictio bonorum solicite cauenda. Vnde Cham patrem deridens. Derisor 4. Sic pueri irridentes Helisæum. Ibidem supra. Eccl. 3, b. Maledictio matris eradicat fundamenta. 4, a. Ab inope ne auertas oculos teos, propter irâ, & non relinquas querentibus tibi retro maledicere. Maledicentis enim tibi in amaritudine animæ exaudietur deprecatio illius: ex audiit autem eum, qui fecit illum.

III ¶ Maledictio malorum pacifice toleranda: Hinc David ait. 2. Regū 16, c. Dimittit eum ut maledicat iuxta præceptum domini, si fortè dominus respiciat afflictionem meam, & reddat mihi bonum pro maledictione. Psal. 108, d. Maledicent illi & tu benedices. Eccles. 7, c. Sed & cunctis sermonibus qui dicuntur, ne accommodes cor tuum, ne fortè audias seruum maledicentem tibi. Scit enim conscientia tua, qd & tu crebro maledixisti alijs. Matth. 5, a. Beati estis. Persequebitur 4. R. 0, 12, c. Benedicte persequenter vos, benedicte & nolite maledicere. 1. Cor. 4, c. Maledicimur & benedicimus. 1. Timo. 4, c. In hoc enim laboramus & maledicimur, quia speramus in deum viuum, qui est salvator oim hominum. 1. Pet. 2, d. Qui cum malediceretur non maledicet. 3, b. Non reddetis malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, sed e contrario benedicentes.

V ¶ Maledictio dei incurritur ex præcepti transgressione. Genesis 3, c. Quia audisti. Gula 2. Deutero. 27, d. Maledictus qui non permanet in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit. Malach. secundo a, Si nolueritis audire, maledicam benedictionibus vestris & maledicam illis, quia non posuistis super cor. Matthæi 23, d. Discedite à me maledicti in ignem eternum.

VI ¶ Ex innocentis oppressione. Gene. 4, b. Nunc igitur maledictus eris super terram, quæ aperuit os tuum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua

Psalmo

Psalm. 108, b. Fiant cōtra dominum semper. Et persequutus est hominem inopem. Et dilexit maledictionem & venit ei. Et induit maledictionem sicut vestimentum.

I ¶ **Malum** Culpæ à nobis est, Eccle. 15, d. Nemini mādauit deus impie agere. Iaco. 1, b. Nemo quum tentatur. Concupiscentia, r.

II ¶ **Penæ** à deo, Ecc. vndec. b. Bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas, à deo sunt. Amos. 3, b. Si erit malum in ciuitate, quod dñs non fecerit.

I ¶ **Mansuetudo** Deo placet, Psalm. 149, a. Exaltavit mansuetos in salutem, Ecc. 10, d. Filii in mansuetudine serua, Honor. 12, Matthæ. 5, a. Beati mites, quoniam ipsi possidebūt terram, vndec. d. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia misericordia sum & humilis.

II ¶ **Proximo** prodest, Psalm. 36, b. Mansueti aut̄ hæreditabunt terram, Prou. 16, c. Melius est humiliari cum mitibus, quam diuidere spolia cum superbis, Ecc. 3, c. Fili in mansuetudine opera tua perfice, & super hominum gloriam diligaris, deci. b. Sedes dum superborum desiruixit deus, & sedere fecit mitis pro eis.

I ¶ **Matris** Christi desponsatio, Matt. 1, c. Quum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph.

II ¶ **Commendatio**, Luca vndec. d. Factum est autem quum hæc diceret, extollens vocem quedam mulier de turba, dixit: Beatus venter qui te portauit & vbera que suxisti. At ille dixit: Quinimo.

I ¶ **Matrimonium** A Deo institutum, Genes. 1, d. Et creauit deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem dei creauit illum, masculum & femineum creauit eos, Leuit. 18, a. Omnis homo ad proximum sanguinis sui non accederet, vt reuelet turpitudinem eius, 20, b. Qui dormierit cum nouerca sua, &

T 5 reuelat-

reuelauerit ignominiam patris sui, morte moritus ambo, Matth. 19, 2. Quod ergo deus coniunxit, homo nō separat, Ioā. 2, 1. Et die tertia nuptię factę sunt in Cana Galilea, 1. Tim. 4, 1. Spūs autem, Cibus, 8.

II. ¶ Ad bonum constitutum, Prolix procreationē Gen. 1, d. Benedixitq; illis deus, & ait: Crescite & multiplicamini. Ideo Sara cōceptu sciens se ineptam dixit, Genef. 18, b. Postquam consenui, & dominus meus vetulus erit, volupati operam dabo? Tob. 3, c. Tu scis domine (ait Sara filia Raguelis) quia nūq; concupisti virum. Virum autem cum timore tuo, non cū libidinē mea, consensi suscipiere, e, d. Tunc angelus Raphael dixit ei: Audi me, & ostendam tibi qui sunt quibus praeualere potest dæmōnum. Hi nātq; qui coniugium ita suscipiunt, ut deum à se & à sua mente excluant, & suæ libidinē ita vident sicut equis & mulis, quibus non est intellectus, habet potestateē dæmonium. Transacta autem tertia nocte accipies virginem cum timore domini amore filiorum magis q; libidinē ductus, 8, a. Tunc hortatus est virginem Tobias: Sara surge & deprecemur deum, hodie, cras, & secundum cras, quia his tribus noctibus deo coniuge mur: tertia autem trāfacta nocte in nostro erimus cōfugio. Fili⁹ quippe sanctorum sumus, & nō possumus ita coniungi, sicut gentes que ignorant deum, Mala, 2, d. Et quid vñus quārit nūl semē dei? Hebræo. 11, 2. Honorable connubium in omnib⁹ & thorus im-
maculatus.

III. ¶ Peccati deuitationem, 1. Corinth. 7, a. Bonum est homini mulierem non tangere: propter fornicationem autem vñusquifq; suam vxorem habeat & vñsquaq; suum virum habeat. Vxor vir debitum reddat: similiter & vxor viro. Nolite fraudare iniūcē nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi, & iterum reuertimini in idipsum, ne teneret vos satanas propter incontinentiam vestram, f. Hoc ita que

que dico secundum indulgētiā, non scđm imperifi.

III. ¶ Mutuam consolationem, Genef. secun. d. Dixit quoq; dominus. Non est bonum hominem esse solum: faciamus ei adiutorium simile sibi. Immisit ergo dominus deus soporem in Adam. Cumq; obdormiret tunc vnam de costis eius, & replevit carnem, p. ea. Et aedificauit dñs deus costam q; tulerat de Adam in mulierem, & adduxit eam ad Adam, dixitq; Adam: Hoc nūc os ex ossib⁹ meis, & caro de carne mea. Quā obrem relinquet homo patrem suum, & in arte suam & adhæreb̄t vxori sua, & erunt duo in carne vna, Tob. 10, d. Et apprehendentes, Filius, 2. Ecclesi. 7, c. Trade filiam & grande opus feceris, & homini servito da illam. 36, d. Qui possidet mulierem bonam inchoat possessionem. Adiutorium secundum illum est & columta vt requies. Vbi non est mulier ingemiscit egens. Cui credit qui non habet nidum? Et deselectus vñicūq; obscurauerit, quasi succinctus lastro exiliens de ciuitate in ciuitatem, Ephic. 5, c. Mulieres viris suis subditæ sint, sicut domino. Sed sicut ecclēsia subiecta est Christo, sic mulieres viris suis in omnibus. Viri, diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit ecclesiam. f. Ira & viri debent diligere vxores suas vt propria corpora. Qui suam vxorem diligit, se ipsum diligic, g. Veruntamen & vos singuli vñusq; vxorē suā sicut seipm diligat: vxor aut timet virum suum, Coloss. 3, d. Viri diligite vxores vestras, & noscrite amari esse ad illas, r. Pet. 3, a. Similiter & mulieres subditæ sint viris suis, vt & ilii qui non credunt verbo per malitiam conuerſationem bonam sine verbo lusciant, considerantes in timore saeculam conuersationem vestram. Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus: sed qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est in contemptu dei locuples. Sic enim aliquando & san-

& sanctæ mulieres sperantes in deo orabant se, subiectæ proprijs virtiæ, sicut Sara obediens Abraham do minum eum vocans, cuius estis filiæ benefacientes, & non pertinacientes villam perturbationem, b. Viri similiter cohabitantes secundum scientiam quasi infirmiori vasculo muliebri, impartientes honorem tanquam cohæredibus gratiæ vitæ, vt non impedian tur orationes vestræ.

V **C**Matrimonium esse debet voluntarium. Vnde parentes Rebæccæ consensum requirebant, Gene. 24 f. Et dixerunt: Vocemus puellam & quæramus ipsius voluntatem.

VI **C**firmum, Malac. 2, d, Custodite ergo sp̄m vestrum, & noli despicere vxorem adolescentiæ tuae. Cum odio habueris eam dimitte dicit dominus deus Israël: operiet autem iniquitas vestimentū eius. Hinc Saluator vxorē non nisi causa fornicationis dimittit, dixit, Matt. 5. e. Dictum est autem: Quicunq; dimiserit vxorem suam, det ei libellum repudiij. Ego autem dico vobis: quia omnis qui dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam inœchauri: & qui dimissem duxerit, inœchatur, Marci. 10. a. Et accedentes Pharisei interrogabant eum. Si licet viro vxorem dimittere? At ille dixit: Quid vobis præcepit Moses? Qui dixerunt: Moses permissit libellum repudiij scribere & dimittere. Quibus respondens, ait: Ad duritiam cordis vestri, scriptis vobis præceptum istud. Ab initio autem creaturæ masculum & foemnam fecit eos deus. Propter hoc, vt supra, Lucæ. 16. d. Omnis qui dimisit vxorem suam, & alteram ducit, inœchatur: & qui dimissem duxerit, inœchatur, Romano. 7. a. Nam que sub viro est mulier, A adulterii, 2. Corint. 7. b. His autem qui matrimonio iuncti sunt præcipio: non ego sed dominus. Vxores à viro non discedere. Quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Et vir vxorem non dimittat, e. Alli-

e, Alligatus es vxori, noli querere solutionē, g. Mulier alligata est legi, quanto tempore vir eius viuit, Ephei. 5. g. Propter hoc relinet, vt supra. Sacramē tum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in ecclesia.

VII **M**atrimonium spirituale virtuose inchoatur, Hier. 2. a, Recordatus sum tui miserans adolescentiæ amicuam, & charitatem defontationis tuæ, quando sequuta es me in deserto, Oze. 2. d. Et sponsabo te mihi in sempiternum, & sponsabo te mihi in iustitia, in iudicio, & in misericordia & miserationib; Et sponsabo te mihi in fide, dicit dominus, Matth. 22. a. Simile est regnum celorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo, Ioan. 3. d. Qui habet sponsam, sponsus est. 2. Corin. vndec. a. Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo, Ephe. 5. g. Sacramen tum hoc magnum est, Apocalyp. 21. a. Et ego Ioānes vidi sanctam ciuitatem Hierusalem nouam defecēdensem de celo, à deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo.

VIII **C**opiose remuneratur, Esaiæ. 49. e, Leua in circuitu oculos tuos, & vide, oës isti congregati sunt venerunt tibi. Vt uero ego dicit dominus, quia omnibus his velut ornamento vestieris, & circundabis tibi eos quasi sponsa, 1. d. Gaudens gaudebo in domino, Gaudium, 3. Matthæ. 25. a. Tunc simile erit regnū celorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas exierunt obuiam sponsi & sponsæ: Quinq; autem ex eis erant fatuæ, & quinq; prudentes, Apo. 19. b. Gaudemus & exultemus, & demus gloriam deo, quia venerunt nuptiæ agni, & vxor eius preparauit se. Et datum est illi vt cooperiat se bissimo splendi, & candido. Bissimum enim iustificationes sunt sanctorum.

I **D**ediato: Redemptiōis solus Christus Galat.

Gala. 3, d. Quid igitur lex? Lex, i. 1. Timo. 2, b. Vnus enim deus, vnuus & mediator dei & hominum, homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus, Heb. 9, d. Et ideo noui testamenti mediator est, vt morte intercedente in redemptione earum prævaricationum, quæ erant sub priori testamento, repromotione accipient q vocati sunt eterne hereditatis, f. Non enim in manufacta sancta Iesus introiit exemplaria verorum, sed in ipsum cœdum, vt appareat nunc vultui dei pro nobis.

II ¶ Intercessionis Christus, Roma. 8, g. Christus Iesus q morruis est, imo q & resurrexit, qui est ad exteram dei, qui etiam interpellat pro nobis, i. Ioan. 2, a. Filioi mei hæc scribo vobis, vt non peccatis. Sed & si quis peccaverit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum.

III ¶ Spiritus sanctus, Roma. 8, c. Nam qd oreimus sicut oportet, nescimus, sed ipse sp̄s postulat, q nobis gemitus inenarrabilibus.

IV ¶ Angelus, Job. 33, d. Si fuerit pro eo angelus loquens vnuus de milibus, aut annunciet hominis ægatatem, miserebitur eius & dicet. Libera eum vt non descendat in corruptionem. Inueni in quo ei propitiatur, Zach. 1, c. Et respondit angelus domini, & dixit. Domine exercituum vsquequo tu non misereberis Hierusalem, & virbum Iuda quibus iratus es? Et respondit dominus angelo, qui loquebatur in me verba bona verba consolatoria.

V ¶ Homo, Job. 4, 2, b. Iob seruus meus (ait dominus amicis Iob) orabit pro vobis, faciem eius suscipiam, 2. Mach. 15, c. Erat autem hiuusmodi visio. Omnis qui fuerat summus sacerdos, vix bonum & benignum verecundum visu, modestum moribus, & eloquio de eorum, & q à puerò in virtutibus exercitatus sit, manus protendente orare pro oinno populo Iudeorum. Post hoc apparuisse & aliud virum, erat & gloriam mirabi

mirabilem, & magni decoris habitudinem circa illum Respondentem vero Oniam dixisse: Hic est fratum amator, & populi Israel, hic est qui inlustrum orat pro populo & vniuersa sancta ciuitate Hieremias propheta dei, Ro. 15, g. Obsecro ergo vos fratres q dñm nostrum Iesum Christum, & per charitatem sancti spiritus, vt adiuuetis me in orationibus vestris pro me ad deum:

I ¶ Medicus spiritualis, Esa. 61, 2, Sp̄s domini super me, eo q vinxerit me dominus. Ad annuntiandam mansuetis misit me, vt medereret cōtritos corde, Matt. 9, b. Non est opus valētibus medico, sed male habentibus, Lu. 4, d. Vtq̄ dicetis mihi hanc similitudinem. Medico cura teipsum, s. f. Non egent, q sancti sunt, medico. 20, e. Homo quidam descendebat.

